














LAVRENTII

BONINCONTRI MINIATENSIS

Rerum naturalium & diuinarum, siue de Rebus Cœlestibus, Libri tres,

Ad FERDINANDVM Aragonum, Inclytum Siciliæ Regem.

Ab L. GAVRICO Neapolitano Protonotario recogniti, inq; lucem editi.



BASILEAE.

II

ILLVSTRISS. MANTVAE MARCHIONI FEDERICO GONZAGAE, S. R. ACFLORENTINAE REI pub. Imperatori inuictissimo, L. Gauricus Neapolitanus felicitatem.



QVOM VII. Id. April. MDXXVI. statuissem Inuictissime Imperator, pro communi utilitate, Laurentij Miniatensis Bonincontri de reb. cum naturalibus, tum diuinis, libellũ Aldinis typis excudendum promulgare, è uestigio oblatæ sunt nobis literæ Maiestatis tuæ, quibus ultrò accersitus, nefas duxi absq; munusculo tuam adire Celsitudinem: imitatus Parthorum consuetudinem, apud quos non licebat quempiam

Ire salutatum claros sine munere reges.

Suscipe igitur Augustiss. Princeps fausto sidere pro Gaurici munusculo, Bonincontri opusculum penè diuinum, tuo nomini inclitissimo quàm libentissime sacratum.

Solus enim tali princeps dignissime digno
Munere dignus ades. nam tu uirtute refertos,
Præcipuè insignes bello, Mauortius heros
Vsq; foues, ueluti totum qui uicerat orbem
Magnus Alexander: quod diuus fecerat olim
Cæsar, & Augustus, patriæ princepsq; paterq;.
Hoc faciũt fratresq; duo, clarissimus alter (men
Philosophus, magno qui sumpsit ab Hercule no-
Præsul, cardinea dignus triplicíq; tiara,
Ingens cui uirtus, uirtuti & iuncta potestas:

Alter

Alter Ferrandus Bellonæ ac Martis alumnus.
Gonzaicæ hos stirpis illustr[illegible]oria quondam
Franciscus genuit, quo non p[illegible]ntior armis
Hector, Achilleides Pyrrhus, [illegible] fortis Achilles.
Nec sua degenerat soboles, quæ stẽmate longo
Illustres numerauit auos de sanguine Regum,
Præcelebris, semper claris decorata trophæis.
Sed proauos superat tua nunc maiorib. ausis
Nobilitas animi, mens & sibi conscia recti:
Siue quod ingentes animos, & fortia facta
Nomina præueniant, tacitosq; exuscitat ignes
Aemula seu uirtus, rerum & generosa cupido
Sollicitat stimulos ueræ dulcedine laudis.
Sed quia Mœcenas alter celebraris in orbe,
Cantabunt celebres passim tua gesta poëtæ,
Ingenij decora alta tui: & uox cognita uiuet,
Dum stabit medio pendens grauis æthere tellus,
Viuet & æterno celeber Federicus in æuo,
Marchio, dum liquidas pontus habebit aquas.

III

RERVM QVAE IN LIBRIS L. BONINCONTRI MINIATENSIS de Rebus Cœlestibus tractantur,

INDEX.

Diuersos


DE VENERE.

LIBRO III.

DE MARTE.

Planetas

FINIS.



LAVRENTII BONINCONTRI MINIATENSIS RERVM NATVRALIVM ET

diuinarum, Liber primus. Ad Ferdinandum Aragonum, Inclitum Siciliæ Regem.



IN Noua tentantem deducere carmina Musas, *Propositio.*
Atque aperire uiam ueræ rationis & artis,
Te regum Fernande precor, iustissime Princeps,
Qui quondam tanto bellorum turbine pressus,
Inuicta fortunæ ictus uirtute tulisti:
Flecte animum, uatemque tuum ne desere, tuque *Inuocatio.*
Nunc meliore lyra, maiori carmine Virgo
Surge precor: nam diua tuum ueneranda parentem,
Te freti, trinum pariter cantamus & unum.
Et quoniam ingenitum, sic non mortale necesse est
Esse, sed æternum, sine fine, simulque perenne.
Qui prior est omni sæclo, primordia summo
Tu ne quære Deo: manet, æternumque manebit,
Et cœlum reget immensum, terrasque, fretumque,
Et iubar, & currum solis, stellasque nitenteis.
Simplex esse, Deus, non ulli cognitus unquam. *Dei essentia.*
Purior excessu mentis, qui fine cohercet

Principia, & cunctis connectit singula rebus.
Quem primum constat rebus, formisq; creatis
Inuenisse uiam: de quo nunc dicimus, hic est
Qui cœlum, & terras, & cuncta animalia fecit.
Ens purũ, cui cuncta damus: quod in omnib. omne.
Quæ subsunt, caput ipse Deus: qui se omnia cernens
Prospicit, & mundum cum conderet, antè creando
Mente sua cernebat opus succrescere tantum:
Flumina prona mari, montes adsurgere in altum,
Et ualleis imas, campos, syluasq; uirentes,
Et mare, quod magnum, terras complectier omnes.

Omnia Deo plena.

Nec conferre locum poteris, spaciumq; notare,
Quod non ille sua describat imagine plenum.
Qui quanquam cœlum, & terras, æquorq; profundũ
Ambit, & immenso spaciatur margine mundi:
Non tamen ille locum signat, sed nos quia summa
Purior est cœli sedes, & purior orbis,
Dicimus ardentis peragrare uolumina cœli.

De trinitate.

Ergo summa Dei sedes, summa omnia circum
Numina, diuino lustrantur singula uultu.
Spesq;, fides, & amor, radio decorata refulgent,
Et rectum, & quicquid cessit mortalibus almum,

Filius.

Iuxta obeunt conuexa Dei. natiq; potestas
Mirandum dispensat opus: de lumine, lumen
Fulget, & amborum procedens fonte peræquo
Spiritus, ut rutilo radiorum splendeat orbis,
Pręcipitiq; suo circumuehat omnia motu.

Spiritus sanctus.

Hic est ille Dei uigor, hic qui cuncta cohercet
Tempora, qui mundum certa ratione gubernat.
Diuus, & ipse potens: multis qui præscia sanctis
Verba dedit, flammata mouens & pectora, dixit
Tempora uenturi Christi omnipotentis in orbem.
Hic triplicem prohibet concepto in corpore formã

Vnus,

Vnus, & ex uno triplices negat esse figuras,
Purus, & æternus remanens, hic spiritus ille est
Ocyor & flammis, uolucri & pernicior aura.
Totus & auditus, uisus, *totusq; animusq; *Nutusq;
Spiritus æterni patris, nec distat ab illo.
Mens immota Dei, solo mouet omnia nutu.
Cum libet in sanctas mentes, & pectora labi,
Efficit, ut numen trinum credamus in illo.
Hinc patris & nati numerum distinxit ab illo
Sancta fides, diuosq; dedit de numine trinos.
Mirandumq; deos triplices non esse, sed unum
Perfectum in trino, quod continet omnia sub se
Entia, dissimiles prohibetq; in numine formas.
Quod simplex, summeq; bonum, summeq; beatũ,
Tantopere humanis quęsitum mentibus: hoc est,
Quod mortale genus terrena mole caducum
Fecit, & æternas cœlestia semina mentes.
Sic pater in trino regnat, sic natus in illo,
Spiritus amborum sic notus mentibus almus.
At patrem nemo certa sine prole uocabit.
Namq; referre duo simul hæc fateare necesse est.
Filius ante patrem non est, cognoscere durum
Hæc eadem, nam natus homo de uirginis aluo,
Longius à patre est: sed non pater antè putandus,
Diuinum si ferre uelis per sæcula natum.
Mens igitur (non parua loquor) fœcunda parentis
Germen ab æterno par, quod diuinus: homo quod,
Dispar: & alterutrum perfectum fulxit in ipso,
Maiestate sua: genuit quod sensile corpus,
Virginis intactæ, pectus nec labe peredit.
Nuncius hoc propter cœlo demissus ab alto est,
Qui mandata tulit summi secreta Mariæ.
Et Christum peperit (dictu mirabile) uirgo,

De personarum distinctione.

Pater & filius, correlatiua.

Verbi generatio.

Virgo inter cunctas quæ fœlicissima matres,
Consilio patris summo: ne pessimus error
Longius acciperet mentes hominumq;, deûmq;.
Incarnatio. Quiq; erat in patris solio sublimis, & ipse
Ima petit, serui formam Deus ipse supremus
Non ueritus, mitis, postquam mortalia sumpsit
Ora sibi, atque hominum concretos induit artus.
Nil partu hoc melius dici, nil sanctus illo
Esse reor: potuitq; Deo quid maius haberi?
Apostrophe ad Deum. Mundi summe parens, placiti cui sola uoluntas
Causa fuit, cur tu cœlum, terrasq; creares:
Lucis inaccessæ concedens lumina mundo:
Vnde tibi in genus humanum, sobolemq; cadentem
Tantus amor, pietasq; fuit? quo uictus amore,
Inseris humanis te te sub pellibus ipsum?
Immensa uirtute pater: nostram ne salutem
Das cœlo, uerbum ęternũ? quod se omnia complens,
Virginei claustri intactum (mirabile factu)
Clausisti in loculum, clausaq; egressus ab aluo est
Verus homo, Deus ipse tamen, rerumq; creator.

De Beata Virgine.

HVnc felix ancilla paris, lactasq; beatis
Vberibus, bene fausta, Deũ. te pontus, & ęther,
Terraq; reginam, & cunctæ uenerantur abyssi.
Virgo uirginibus nedum prælata, sed omneis
Præsigni uirtute choros egressa supernos,
Constantisq; animi exemplar, uitæq; magistra:
Quid de te referam? Tu summum paruula regem
In lucem m[illegible] tribuis, certamq; salutem.
Si meriti laudem tanti, gratesq; referre
Expediat: non nostra ualet mens infima rebus
Excelsis afferre modum: non nostra facultas.
Sed tua subueniat, nati & clementia nobis.

In cruce

In cruce ludibrio fixus, tot corporis ictus
Pertulit, ut nullos sine uulnere liquerit artus.
Sic placitum Pater est, animos ut ducere cœlo,
Errantumq; gregem uera ad fastigia posses.
Scilicet ut primæ commissa piacula gentis,
Contractamq; sua labem cum morte piaret,
Ille per excessus ullos non tempora duxit:
Pacificus ueluti ad cædem cum ducitur agnus,
Sponte sua occubuit: sponte & morientia liquit
Membra solo, atque animã perfecta extraxit ab aluo.
Nec tamen ante tulit tantos in morte dolores,
Omnia quàm fuerint uatum præscita priorum
Expleta, & proprio uerborum pondere lapsa.
Tantus amor generis, legis reuerentia tanta:
Solueret ille nihil prisco de dogmate patrum.

De passione Christi.

De resurrectione Christi.

SEd mortis pœnas quamuis susceperit ultro,
Et triduo exanimum corpus tellure sub ipsa
Merserit, & uitam tenues dimisit in auras:
Mirandum: ut primum fulxit lux tertia mundo,
Suscepisse animam corpus: quæ pectore toto
Iuerat, & nondum sceptro sublimis in alto
Rex erat, aut patris solio regnabat eburno.
Nam uiolenta petit nigri tum regna profundi,
Bellator: sortemq; patrum miseratus iniquam,
Obscura sub luce premi: miseratus auorum,
Heroumq; malos casus: pòst limina Ditis
Disiecit, duro fuerant ubi marmore postes,
Et solido exactæ, nitidoq; adamante fenestræ,
Quinetiam inferni rabies, carcerq; tremendus,
Non illi ualuere Deo, non cymba Charontis,
Non duræ leges herebi: non deniq; robur
Vmbrarum, & triplici resonantes gutture fauces.

Descensus Christi ad inferos.

Sanctorum patrum liberatio.

His super exactis, sanctorum corpora patrum,
Heroumque animas ab iniquo sustulit Orco.
Quos longæua dies tetra sub nube iacentes
Presserat: & nostra meliori parte locatos
Luce tulit, tandemque dedit sperantibus almum
Aspicere, & sancto compleuit lumine patres.
Deduxitque uiros aprici in gramine campi.
Ad tempusque sedent, quo lumina solis ouantes
Aspiciunt: ducunt ludos, cantusque uerendos.
Donec summa dies, qua mundi rector, & autor,
Expectata uiris aderit: tum pręmia reddet
Debita, ut immenso spacientur margine cœli.

Apparitio Christi ad discipulos.

Inde iterum rediens cœli melioris ad auras,
Assumpsit manifesta Deus tum membra, sepulchro
Lapsa prius, tumulo corpus sublime reportans.
Ostendit sese fratri, qui soluere posset
Ora cibo. namque ille suo iurauerat ore,
Ni Christum dura surgentem morte uideret,
Nullius in cursu messis maculare palatum.
Femina sed primum fertur, uiuum remeantem
Aspexisse suis oculis. sed credere dignum,
Fulxisse in tenebris matri: mœstamque leuando,
Illius ex oculis nullo abscessisse dierum.
Pòst etiam docuit magni monumenta uigoris,
Atque alias lustrasse domos: dum sacra parentis
Limina non reserans, mire manifestius ultro
Discipulis tandem flammam expectantibus almam
Fulxit, & incessu reddit manifesta prioris
Signa Dei non ficta ferens, sumpta ora per auras.
Namque Palæstina Dydimo, fratrique Iacobo
Apparuit (non falsa loquor) susceptaque mortis
Signa dedit, laterique suo mirabile uulnus.
Effulxit Thomæ, qui non remeasse iacentem

Crediderat: uiditq; Deum, uulnusq; retexit
In lucem: tandemq; tulit super æthera corpus,
Atque immortalis cœlum penetrauit ad omne.

Conclusionem infert ex præmißis, miraculose Deum omnia creasse ex nihilo.

NOn igitur dubium, cernenti talia, mundum
Hunc habuisse modum genitis, rebusq; creatis,
Aequoraq;, & montes, & flumina nata, lacusq;,
Omnigenumq; genus pecudis, piscesq; natantes,
Et leuibus uolucres uolitantes æthera pennis,
Hinc ortus sumpsisse suos: hominesq; Deorum,
Et consanguineo mentes de semine factas,
Accepisse suam diuino à fomite uitam.
Ergo Dei imperiũ immẽsum, atq; immẽsa potestas. *Conclusio.*
Qui cœli quoties specula despectat ab alta,
Et mare ueliuolum, terras atque arduus imas,
Tartareumq; chaos solo mouet omnia nutu.
At licet inuicto superentur cætera fato,
Mortalesq; ferant casus fata impia nostros,
Solus at omnipotens pessum tenet omnia fata,
Horribilesq; suo compescit numine Parcas.
Nec dubium quin cuncta Deus conuoluere posset,
Et cœlum, & terras, urbes, hominesq;, ferasq;,
Si uelit: & summos cœli reserare meatus.
Sed decet autorem rerum, meliora tueri,
Mitia qui cunctis præbet sua semina terris, *Nõ esse optimi Creatoris, tendere ad perniciẽ.*
Et largas sortitur opes: illiq; uoluntas
In melius, meritis pensans ex tempore dona,
Condignas sceleri reddit pro crimine pœnas.
Quas tamen haud sceleri pariles, æquasq; rependit:
Nec subito manus ipsa Dei descendit ad iras,
Expectans si cessa malis, uis summa nocendi
Errati maculas, & noxia crimina purget.

Sed

Sed cum nulla boni spes est, & nulla salutis,
Nec sufferre iuuat: miseris tum deniq; uindex
Improuisus adest, precibus nec flectitur ullis.

Merito Deū irasci malis.

Et merito exardet diuina potentia contra
Humanas miserum mentes: quas ne premat error,
Vim dedit his, animamq; bonam, petere alta deorum
Regna poli, Dominumq; suæ cognoscere uitæ,
Et morti non esse locum: pœnisq; grauari,
Exacto uitæ cursu, tenebrisq; sepultos
In maiora dari cæco sub carcere uincla.
Venturamq; diem, qua nox suprema labores
Occabit, uitamq; simul. nos uana putantes
Numina magna Dei, mentem conuertimus omnem
Ad cupidos animi motus, blandamq; iuuentæ
Fortunam: labiq; dies non cernimus, æui
Immemores, sæuasq; colo uigilare sorores.

Homines fieri cupiditatibus cæcos.

O cęcæ rabie mentes, ô pectora dira,
O cupidos animi motus, nimiumq; feroces.
Quid struitis tantis opibus, tantisq; periclis?
Quid tam sollíciti rerum, non cernitis ipsos
Ire dies cursu celeres, & tempora uitæ
Perdere nos miseros, nulla ratione manentes?
Sed petere occasum pariter cum lumine solis.

Quemlibet abstrahi à suis paßionibus.

Nam postquam immitis nostros mors occupat artus,
Durus & in terris labor, & miserabile fatum
Obiecit sese genitis, fastusq; resumpti:
Tum quoque per uarias mota est mens impia cædes,
Oppressitq; caput fastus, tumidumq; ueneno
Pectus, & in cupidas exarsit lingua querelas,
Contemptiq; fuere boni, sanctumq; recessit
Omnibus, & terras animos deiecit ad imas.
Nec ratione data uerum discernere possunt,
Innumeris capti illecebris, erroribus acti,

Innumerisq;

Innumerisq́; modis decepti: tramite uero
Obstrusos retinent sensus, animumq́; uirilem.
Et quanquam magnis stimulis agitatus amoris,
Et cupit æthereas cœli transcendere sedes,
Atque frui supero uisu, meliora secutus:
Attamen illecebris captus, se uertit ad ima,
Linquit & optandum propriæ uirtutis amorem.
Et quanquam nescit, quæ sunt fugienda beatis:
Non tamen hoc propter perdit discernere uerum
Mentis opus: sed captus ea torpedine fertur,
Quascunq́; in parteis luxus, ardorq́; uagantur.
Nec secus hi mentē quatiunt, quàm turbine magno
Ventorum rabies exercet in æquore fluctus.
Quos si docta uirûm regeret prudentia, nemo
Inualidus, ui namq́; sua (uelut aggere) septus,
Exciperet uarios fluitantis mentis amores.
Quos si non doctos rerum, culpæq́; nocentis,
Incusare sui natalis fata uidemus:
Et dicunt cœlo arctari, fatoq́; maligno,
Vrgeriq́; polo: sibi nec subsistere uires,
Aut libertatis mentem super esse potentem,
Cum falsis moti rationibus omnia uertant:
Desipiunt, nullaq́; loqui ratione uidentur.
Scilicet & furor est, fatum culpare: tuumq́;
Errorem & culpam non cernere: sed malefacta
Nunc fatis, cœloq́; dari, stellisq́; malignis,
Expertemq́; suæ sese sic reddere culpæ.
Nulli sorte datum, uolitantibus ordine fatis
Ipsorum perferre uices: sed maxima cunctis
Libertas, animus stellis urgentibus obstat.
Sed sedet immensi non futilis autor Olympi
Sublimis, pœnasq́; uirum, cædesq́; nefandas,
Et fas omne uidet: nihil est quod crimina celet:

Non urgeri quēquā fatali necessitate.

Libertatem arbitrij esse omnibus liberam. Deū omnia uidere.

Omne palam, quodcunq; facit mens impia, diuo est:
Et meritis pensat pœnis, & pręmia reddit,
Vt suus est cuiusq; labor, meritumq; laboris.
Impius, & cædis furtiq; minister, & iræ,
Lædens sacra manu, sceleris damnatus, adulter,
Non capiunt præcepta Dei, non regna polorum,
Non requiem sanctis aptam, finemq; laborum,
Aethereoq; frui lustrantis in omnia uultu,
Diuinas qui ferre uelint in carmina uires,
Metiriq; oculis formam, mentemq; supernam,
Iam furor est, ulliq; fuit nec gloria nato.
Nulli concessa est tantæ fiducia laudis,
Vt possit secreta Dei percurrere cantu,
Aduersosq; illi deducere in arma tribunos.
Nec minus hoc potuere uiri, qui corpore uasto
Titanes, fisi summo dare bella Tonanti.
Quamuis summa uiris fuerit prudentia belli,
Non'ne & cœlicolis nocuit uoluisse: sed istis
Obfuit & formæ species, animusq; superbus,
Contentus non sorte sua, cœliq; decore.
Hi iam passa ferent, deiectas æthere turmas
Decessisse choris, hominiq; dedisse beato
Magnum iter ad superos, cœli melioris ad oras.

Ingreditur materiam expulsionis Luciferi.

Hæc mihi (sed quanq̃ tremor occupat) alta referre
Est animus: nullo uatum memorata priorum.
Quod si cantatum nullos fuit ante per annos,
Nec mea tam magnis satis est facundia rebus:
Non minimum uoluisse tamen: nec parua feretur
Gloria, sublimes animas celebrasse canendo.
Sed tamen audentes Deus adiuuat. ire per alta
Sidera sollicitant animos loca lucida, amorq;,
Et spes firma Dei. quoniam res maxima cordi est:
Atque agitur pater alme tuæ uictoria partis.

Adsis:

Adsis: tum placida cœli de parte refulges.

Prælium Luciferi cum Angelis bonis.

DIuinum aggredior bellum, quod Lucifer alta
Mente tulit, partesq; suæ fecere rebelles.
Nam memorãda fuit quondam super æthera pugna,
Principio cum cuncta Deus digessit in orbem.
Dicite uos Superi, quæ'nam discordibus armis
Causa fuit, suasitq; nefas, facinusq; malignum?
Quis tantas armare manus in prælia iussit?
Nam nec tunc populi regnum, regesq; petebant,
Non aderantq; duces, raptores culminis alti,
Nec bellum fuerat, uobis nam tempore in illo
Astra locum, stellæq; dabant, & concaua cœli.
Si licuit summi faciem spectare Tonantis,
Atque globos lustrare datos, sedesq; supernas:
Cur illis aliena fuit sententia menti?
Discordes'ne Deo fecit furor impius? an'ne
Liuor, & ingratus meriti labor, arma dedere?
At non in superos eadem sententia cunctos,
Aut animus, uiolare Dei sublimia templa,
Mens erat, atq; truces effundere in agmina turmas:
Sed seruare locos, & aperta uolumina cœli.
Pro se quisque polo, non æquis uiribus, illa
Contulit arma die: mitis pars una deorum, *Angelorum discordia.*
Summum nacta locum, contenta & sorte beata,
Haud infecta malo sceptro: pars impia, magni
Longe aduersa Dei, soliumq; perosa Tonantis,
Discordes habuit sacrato à principe mentes.
Nec tamen audendo dux abfuit: utq; potentem
Nacta ducem, uertit superas hoc crimine sedes.
Quis putet heu tanto conuersas turbine mentes,
Et tantum potuisse nefas subuertere diuos?
Primus ad excidium patris, regisq; superni

Protrahit in medium legiones, & sua lustrat
Luciferi scelus, Angelorũ infecisse choros memorat. Agmina, deq; omni contraxit robora cœlo.
Namq; inter tantos diuos, mentesq; beatas,
Labitur infandum crimen, serpitq; ueneno
Paulatim carpens sublimia tecta Tonantis.
Millia quot cœpit scelus insatiabile diuûm?
Quot medium tenuere locum? formidine turpi
Agmina quot trepidare metu? quot millia aperto
Marte ruunt? numerus turbæ non conscius omnis
Fœlicis belli, nec pugnæ aduersa tremescit.
Tantum fama decens potuit suadere malorum.
Cõparatio. Non aliter magnæ matris consistere nati
γιγαντομαχία. Ad Iouis imperium nixi sunt, arma deorum
Non ueriti, summi regis nec fulminis ictus.
Quàm fera cœlicolum molitur prælia turma?
Cum super impositum Pyndo subuertit Olympum
Ira Iouis, tetramq; dedit sub tartara pestem.
Ex omnib. choris Angelorũ fuisse partẽ cũ Lucifero. Sed uoluisse parum est: diuerso ex ordine sontes
Cesserunt, armisq; aulam impleuere capacem.
Horum non similis species, non una figura.
Namq; alij flammis similes, alijq; coruscis
Chrysolithis: candent alij, uolitantq; per auras,
Et leuibus pennis possunt transcendere montes.
Astręumq; genus cunctis: sed gloria honorum
Dispar, nec similis uirtus, similisq; potestas.
Intenti bello, proprios liquere rotatus,
Atque ausi similem regi componere sedem,
Infremuere locis, & cæco Marte feruntur.
Altera sed postquam numero perterrita pars est,
Non longe cessere Deo: namq; inscia facti:
Extimuit nouitate mali, fremituq; secuto
Indoluere malo, & cœlum impleuere querelis.
Cõparatio. Nec secus alma cohors pauefacta est turbine tanto,
Quàm

Quàm si pacificam turbasset luctibus urbem
Hostis in aduentu, fuerint per rura, bouesq;,
Agricolæ & læti, carpentes hordea campis:
Exoritur clangor, perculso & pectore uox est
Reddita, uicinos hostes percurrere campo.
Interea magno motu cœlum omne repletum: *Angelorum malorũ ad pugnã expeditio.*
Festinantq; alij currus aptare iugales,
Armariq; manus, & equos agitare furentes:
Hi peditem firmare locis, aditusq; tueri:
Hi lapides, ignemq; ferunt, ensesq; coruscos.
Pars galeas aptant capiti, parmasq; sinistris
Expediunt, pictasq; humeris aptare pharetras:
Ornanturq; duces auro, fortesq; tribuni.
Ast alij reges, quos non tulit impius ardor, *Bonorũ angelorum apparatus.*
Et quos alma fides infensos fecerat hosti,
Vndiq; concurrunt, medioq; ex hoste furenti
Inuenere uiam: summi quoq; regna tuentes,
Spem pacis fecere suis, regiq; superno
Conueniunt: promptęq; animis in prælia turmæ,
Hinc spes, hincq; metus, collecto & robore quisq;
Nixatur propriæ uires adiungere parti.
Prima rebellantum species inimica suorum *Luciferi ad malos angelos Oratio.*
His monitis armare duces, & reddere promptos,
Audacesq; parat: Non ullo fœdere iunctos
Esse Deo, uel sola fides sit testis amoris
Affectusq; mei: scelus absit. testor & ipsos
Hos non diuitijs, odio non bella parare,
Non regni cupidos: sed libertatis amore,
Quam colimus. dux omnis erit, manus ipsaq; nobis
Par superis: non ille Deus, qui maximus, autor
His bello melior, sedeat, semperq; sedebit,
Regna tenens quæcunq; poli. nos sceptra uereri
Inferiora pudor, uirtus en deniq; nostra est.

Quanta sit in superos: quis prælia nostra reprændet?
Nam cœlum, quodcunq; micat fulgentibus astris
Auxilio nobis aderit, quà uertitur axis,
Serpens arcticus. Squameus ac serpens stellis ardentibus errat,
Et per utrosq; polos horrentia terga retorquens
Labitur. hic omnes habitantes ordine formæ
Cœlicolûm, nostræ partis sunt. insuper ipsa
Dispartita locis astra, & quæ plurima fulgent
Oryon. Signifero: fultus gladijs armatus Oryon,
Centaurus. Centaurusq; ferox: & quæ Leo torrida flammis
Ore gerit. Gradiuus item, qui promptus ad arma
Nepa. Impatiensq; moræ, nepam trahet, atque rubentes
Medusæ caput. Gorgoneos uisus, & cæde recentia sæua
Astra, Medusæo subtincta & sanguine: & ipse
Perseus. Perseus, Alcides, gelidaq; Lycaonis arcto.
Hercules. Mitto alias cœli luces, & frigida Aquari,
Arctos. Humentisq; senis Saturni sidera, & urnas,
Aquarius. Et cancrum octipedem, nec non geminosq; triones,
Cancer. *Triones.* Aegocerontis ophim, cygnum, mediaq; uolantem
Aegoceros. Austrina sub parte aquilam, coruumq;, capramq;,
Ophis. Quosq; argiua mari uexit prius alta carina.
Cygnus. Pelias hic primum: geminos quoque sidere iunctos
Aquila. Tyndaridas, qui bella gerent. si uerteris axem,
Coruus. Hic omnis cœli faces, hæc sidera nobis
Capella. Suppeditant uires animo, quîs impia sument
Argonauis. Bella: quibus dubitet labi, uel sistere contra?
Castor & Pollux. At terræ in medio locus est, ubi torrida flammis
Aestuat omnis humus: quem Cerberus ore trifauci,
Inferi in terræ centro. Flãmiuomusq; Charon: necnon Rhadamãtus, & ipse
Cerberus. Pluto habitant, sedemq; suam nouere futuram.
Charon. Hos aditus seruare placet: si forte deorum
Rhadamantus. Pluto. Concilium Hesperidum nymphas, Satyrosq; uocaret
In pugnam Deus ille potens, qui rexerat orbem.

Hi mihi,

Hi mihi, si fortes animæ, si prelia poscent, Nymphæ.
Aut inimica gerent rigido certamina campo, Satyri.
Præsidio stabili fient. uos arma parate,
Tantum animis opus est nobis: res cætera perget.
Dixerat. illa ferox nixa est, sed uiribus impar,
In superos afferre manus, & uertere cuncta.
Postquam summa Dei uirtus, & summa potestas,
Inflammata uidet cœli penetralia puri,
Atque suos pauitare metu, nec quærere pugnam:
Indignans, non iusta malos capere arma ministros,
Indoluit tantum facinus patrasse nocentes,
Atque hæc purpureo tandem sic fatur ab ore.
Non ingrata mihi fuerant opera ardua mundi, Dei ad Angelos bonos Oratio.
Cum primum cœlum, & terras, æquorq; profundum
Institui, formasq; dedi generantibus aptas.
Quiq; erat, est, & erit, pariter qui fecit & ipsos
Cœlicolas habitare polos, stellasq; moueri,
Magnus & ipse Deus, nostri quoque numinis instar,
Lætus erat tales cœlo discernere turmas.
Nunc quod praua suos infecit flamma rotatus,
Oppositamq; meæ quærunt consistere sedem,
Displicet: & tantis maculari à millibus ædes
Aethereas, mentemq; dari non omnibus æquam.
Ergo perpetuo pestem hanc sub tartara mittam,
Exercentem iras: gentemq; in regna beatam
Adsciscam, comitesq; pares lucisq; boniq;
Efficiam, regnumq; meum commune locabo.
Quare discedant toto de pectore curæ,
Et metus: arbitrij, libertatisq; potestas Confirmat Angelos bonos in gratia.
Vobis nulla aderit, sed firma mente uoluntas.
His contra adijciam fastus, mentemq; malignam,
Ne uideant cæci rabie, pleniq; furoris.
Impia semper agent, menti & contraria nostræ.

Vos,

Vos ubi diffugient per aperta palatia cœli,
Arctophylax. Ite boni, lustrate choros, saltusq; repostos.
Siue hos Arctophylax, uel fluminis orbita magni,
Eridanus. Siue Draco squamosus habet, uel candidus ales,
Draco. Seu lateant sæui Martis sub sidere tecti,
Cygnus. Gorgonis ora super, uel plaustra Bootidos alti,
Mars. Quærite: cœlesti longe pellantur ab aula,
Medusæ caput. Vulneribus crebris & aperto Marte premantur,
Bootes. Effugia ut non ulla habeant in parte superna.
Dixerat. ast illi sublato murmure, robur,
Atque oculos efferre suos. inde ocyus omnes
Vt patefacta Dei mens, & sententia cunctis,
In pugnam uenere boni, fulgentibus armis
Atque animis, & mente simul, concurrere prompti.
Principio firmatæ acies, fortesq; tribuni
In superos ni fronte pares: nam cornua late
Firmabant acies, & robora fortia fratrum
Addebant illis animos, pugnæq; parabant.
Angelorum malorum acies. At Satan dextrum curabat in agmine cornu,
Belial in læuo, medium Mars substinet, ambo
Satan. Belial. Mars. Ductores aciem firmant, alasq; tribuni,
Lucifer. Lucifer ipse loco paulo suspectior, omnem
Euentum belli, pugnamq; ex ordine cernens,
Intrepidus nunc hos, nunc illos admonet: & post
Principia, ardentes deducit in agmine turmas.
Quas postquam Mauors fuluis instruxerat armis
Paulatim conferre pedem, ferrumq; mouere
Iussit, & armatos primus confertur in hostes.
Bonorum angelorum acies. At non in furias raptus, melioris & almæ
Partis miles erat: nec inexornatus in agmen
Venerat: aut impar numero congressus, & ordo
Affuit, & signum pugnæ cum posceret, omnis.
Præfectus Deus ipse dedit. nam cornua, & alas

Ipse

Ipse regens, summis dederat curanda tribunis.
Sic postquam firmatæ acies, & buccina rauco
Increpuit clangore, tubæ cœlum omne boatu
Implerant, fremitu tandem, tonitruq; secuto,
Arma duces, omnesq; simul mouere phalanges:
Concurrunt, geriturq; manu res: prælia miscent
Centurio, Princeps pili, peditesq; sequuntur.
Bellatur, certantq; loco, ferrum omne coruscat.
Fit gemitus, fortesq; cadunt, & sanguine cœlum
Oppletur, tabesq; fluit permista cruori.
Non efferre libet, quæ uulnera, quæ'ue cadendo
Acta lues superum. pudor hos, spes inde premebat
In longum conferre diem mota arma duelles,
Hoc propter uario certatum est robore casu:
Certa nec aduersæ steterat uictoria parti.
Prò pudor, en quis erit mecum, qui prælia sumat,
Exclamat Michael: mediosq; infertur in hostes:
Disiecitq; loco instantes, primosq; trucidat.
Hunc Gabriel, aliiq; duces, fortesq; sequuntur
Ductores: omnesq; ardens exercitus illos
Insequitur. uires addunt fiducia, & ipse
Omnipotens, qui cuncta suo gerit ordine bella.
Magna Fides, quæ summa Dei penetralia transit,
Suggessit iusta arma bonis, pressitq; nocentes.
Qui postquam sensere Dei uiresq;, manusq;,
Extemplo turbatæ acies, nec sistere contra,
Aut conferre manum ualuerunt: corruit omnis
Turba nocens, facinusq; feros fecisse nefandum
Apparet, dubiamq; Dei tentasse ruinam.
Vt cecidere duces, & circumuentus ab hoste
Lucifer, ut nullam uidit superesse salutem,
Corruit: & miserè didicit, non posse furorem
Ferre suum, lapsusq; graues descendere Olympo:

Pugnæ initium.

Michael.

Gabriel.

Fides.

Luciferi casus, & suorum.

Multa gemens, summumq; poli metitur ab imo.
Dæmonum formæ mutatio. Vtq; alij cecidere loco, faciesq; grauata,
Et decor omnis abit: subitus circumstetit horror,
Oppressit mœror mentes, & pectora cæca
In rabiem uertere manus, cunctiq; furentes
Accepere feras tenui pro corpore formas:
Horribiles uisu cuncti, gibbosaq; uentris
Ingluuies, pectusq; cauum, tum gutture flammas
Emittunt: uncæq; manus, & uellera dorso,
Ardentesq; oculi, suffecti sanguine, & igni.
Dæmonum pœna. His etiam sine fine dolor, luctusq;, metusq;:
Mens tamen illa, fuit quæ primum, reddita cunctis.
Ad pœnamq; datum, solium cognoscere diuum,
Stellatamq; poli faciem, nec scandere ad astra,
Sed uolitare leues per inania regna profundi,
Concessum miseris, & subdere colla catenis:
Nosse moras herebi longas, pœnasq; nocentum,
Tortoresq; feros animarum, carceris esse
Custodes, qualisq; fuit mens impia diuis,
Talis pœna illos æterna lege secuta est.
Namq; alij flammis uolitant, quidamq; niuosis
Montibus exercent sontes, pars fumida iactat
Sulphura, pars picea grauius conuoluitur unda.
Nonnulliq; gelu frigent, glacieq; rigentes
Membra cient, mallentq; lacus non nosse Charontis.
Nullos pœna eadem miseros premit, aut datur una,
Diuersę rerum facies, cruciatibus aptæ:
Cum cruciant alios, eadem perferre necesse est.
De angelis, qui fuerunt mēte dubia. Sed quisquis sceleri largas non mouit habenas,
Et tacitus uoluit suspenso incedere passu,
Donec longa Dei patientia substulit arma:
Errantes fluitare polo, nec sistere in alto
Aspicias, imas terræ nec ferre tenebras,

Nubiferos

Nubiferos grauioris aquæ demittere nimbos
Ad terram, & rigido cœlum conuoluere fumo:
Sępius ad magicos soliti descendere cantus.
Hi nobis testes aderunt, nox ultima quando
Corporeos nexus gelida cum morte resoluet,
Exactosq; dies uitæ, cœlestia postquam
Numina iussa Deo cordis discrimina poscent.
Nam pariter lapsa est uitalis corpore forma,
Aethereoq; fluens cæca se condit in aluo:
Inscia, nil retinens priscæ uirtutis, & alti:
Quisq; duos sumit cœlesti ex ordine diuos,
Aduersosq; tamen, quanquam his est magna facultas
Consilij, suadentq; bonum, facinusq; malignum,
Vnus & ad curas exercet corpora fœdas.
Alter in oppositum suadet meliora: sed istis
Creditur (ut referunt) hominis benefacta, nefasq;,
Siue nefanda uiri, seu sint meliora secuti.
Non alios sumet testes Deus ipse supernus,
Cum repetet culpas nostras, causasq; malorum.
Tanta fides illis, tanta est reuerentia cœlo.
Ergo quid dubitas sceleratæ hæc crimina uitę
Prodere, dum uiuis, culpasq; referre priores,
Et petere auxilium miser. omnibus ille supernus
Arbiter addit opem: tamen & si debita fiant
Obsequia in Dominum, cordis quoq; pura uoluntas
Adfuerit, nullæq; premant tua tecta rapinæ.
Quas nec cælando, nec si non reddere promptus,
Nequicquam Domino confidis: nulla salutis
Gratia, nulla Dei poterit succurrere præsto.
Sed dabere in prædam custodi corporis illi,
Qui tibi consuluit facinus, qui crimina suasit.
Ille ubi te rapiet, uentis discordibus, igni,
Frigoribusq;, gelu, cum turbine grandinis himbri,

Angeli nõstrorũ operum testes.

Singulis hominibus custodes adhibiti, duo angeli.

Confitendũ, ac delictorũ à Deo uenia imploranda.

Malis paratum geennæ supplicium

Supponet te te merito, flammisq́ cremabit,
Bonorum merces cœlum. Sin tua facto magis fuerint laudata superno,
Te feret ille ales cœli ad sublimia puri,
Qui benefacta tibi suggessit numine uero.
Nec mihi uana fides, bis quinos lapsa per orbes
Numina cœlicolûm, totis cecidisse diebus,
Et cessisse loco, terrasq́ petisse profundas,
Infernosq́ lacus, mœstissima regna Charontis.
Tartara cruciandis dæmonibus à Deo facta. Hoc propter, medio patuerunt subdita terræ
Tartara, tumq́ lacus picei, Phlegetontis & undę
Ardentes: quò flamma leuis bene sontibus apta,
Aeternum cruciat sceleratæ crimina uitæ.
Mira quidem, sed uera cano, mirumq́, refindi
Per medium terram, dictu: quò turba furentum
Concidit, & uastas Orci penetrauit ad undas.
Non tamen incursu paruo Deus antra resoluit
Telluris: magno cœli sed murmure, lapsus
Aëra per medium succensis ignibus ardor,
Nubila disiecit tonitru, flammasq́ resoluit:
Et percussa graui fertur tunc fulmine tellus,
Et tremuisse solum ui tantæ molis & ictu,
Vt uia sit medio terræ patefacta sub imo.
Tunc & Creteos montes, Cyprumq́ feracem,
In medio cinxit pontus: tum dira Charybdis
Trinacrium à Calabro secreuit margine littus.
Nam mare, quod terram magnum cingebat in orbē,
Adpinxit glaciale fretum, Lybicosq́ reductus.
Tartara esse, exemplo probat. Nec fictum est, atro terrę sub carcere flammas,
Sulphureosq́ lacus, & tartara fœda patêre,
Et premere insontes, & pœnis tundere fœdis.
Et quanquam nulli certo sunt limite nota:
Aethna. Aethna tamen testis flammæ, & Vulcania monstrant
Fulgura, labuntur quæ summo à uertice montis.

Vidi

Vidi ego cum naui Liparas tum forte petebam,
Flammarum uolitare globos, & labier alto
In pelagus, timidosq; metu pallescere nautas.
Et gemitus, stridorq; uirum (mirabile dictu)
Sæpius audiri solitus, clamorq; gementum.
Non mihi si Musę dederint in carmina uires,
Et magnis resonet fidibus crinitus Apollo,
Hos possem memorare locos, cæcasq; cauernas.
Et quàm firma quidem sedet hæc sententia menti,
Esse sub ignoto terrarum carcere manes,
Terribilesq; deas scelerum, curasq; grauantes:
Quæ nullum possunt unquam miserescere sontem,
Nec pietate graues licitum suspendere pœnas.
Ast & si uario cruciatu uertitur aura
Terribilis, lucisq; carens, dicta aula profundi
Fœda iacet, rigido uersans & cardine postes:
At negat ad superos quenquam conuertere gressum.
Sed si forte libet numerum cognoscere, quotq;
Exciderint cœlo formæ, mentesq; nocentum,
Millia quotq; leuis circumfluus occupat aër:
Non ea nosse datum, ueluti si sidera cœli
Connumerare uelis, disiectam fluctibus altis
Aspicias bibulam uel si per littora arenam.
Concessum est homini solijs consistere in illis,
Vnde simul cecidere deûm tot millia ad imum.
Frenantis linguæ rabiem, capitisq; superbi
Qui iecit fastus, discens sub pondere leges
Esse boni, uictorq; suas compescuit iras,
His patefacta Dei sedes, his ampla uidere
Regna poli licitum, sanctumq; uidere Tonantem,
Aethereoq; frui lustrantis in omnia uultu.
Sed quid ego admirans summi genitoris aceruum,
Connumero secreta poli: non turbidus auster,

In inferno nulla redemptio.

Homines esse ascitos in locū Angelorum deperditorū.

Dare cūcta mortalia locum diuis.

Non boreæ flatus, non fumida sidera cœli,
Illi obstant: dant cuncta locum mortalia diuis.
Scilicet & furor est, si quis comprændere credat
Posse Dei secreta, putet uel promere uersu.

LIBER SECVNDVS.


Nclite Rex, uatem maiora ad dicta uacantem,
Et per inaccessas audentem carmina ad artes,
Dirige, si cœli formas, si consitus ordo
Stellarum iuuat, & uarios comprændere cursus,
Errantesq; polo diuos: si fata, diesq;,
Extremos uitæ, causasq; uidere latentes:
Huc mentem conuerte tuam, non bella Gigantum,
Hectora non canimus, Xerxis non castra, ducesq;,
Hannibalem'ue ferum, nec prælia Cæsaris ulla:
Tritum iter, insolitas iuuat exercere Camœnas,
Ad numeros: nulli uatum debebimus ora.

Proponit uelut fundamētum eorum, quæ dicturus est: Deū præfecisse naturā omnib. rebus.

Principio pater omnipotens, ut legibus orbem
Flecteret, & mundi moles operosa maneret,
Sublimes cœlo statuit stellasq; globosq;
Errantum: quibus & numeros, & nomina finxit,
Naturamq; illis præfecit, ut omnia certis
Temporibus mundo starent: uariantibus astris,
Concretas terræ formas, quibus insuper addit
Aeternos cœli motus, ne singula possent
Ferre uices, uel sponte sua mutare figuras.
Subiecitq; polo terras, mare, flumina, & ignes,
Aëreumq; globum, flatus, herbasq; uirenteis,
Et quęcunq; suo ducit de semine tellus.

Ab astris omnia inferiora produci.

His hominum finxit mores, & corpora, & omnem
Fortunam,

Fortunam, & casus uarios, uitamque, diemque
Extremum, fati seriem finemque laborum.
Quæ quoniam certa libuit ratione moueri,
Et te nosse iuuat cœli secreta rotantis,
Huc totas animi uires conuerte priores.

De Luna, & sphærarum ordine.

PRima poli series, cœlestis conscia motus,
Voluitur ardentis circum confinia flammæ
Extima: cui tellus pendet deiecta, fretumque,
Aëra tum liquidum, flammæ quoque purior ignis,
Aethera post nitidum montis confinia signans.
Quę circum æterna uoluuntur lampade flammæ,
Insignesque deûm species, stellæque potentes
Vndique terrenam molem lustrare quotannis,
Et claros afferre dies, noctesque serenas
Reddere, & ambiguos deducere motibus ortus.
Prima deûm terras alieno lumine Luna
Circuit, & uarias patitur pro tempore formas. *De uarijs Lunæ formis.*
Quæ quanquam nullis per se dat lumina terris,
Et densum, rarumque, suo sub corpore signat:
At tamen illa uagas flammas à lumine Solis
Suscipit, ambiguos pandens super æthera uultus.
Aurea nam primo monstrat sua cornua cœlo,
Falcatosque sinus parua cum luce reflectit:
Mox quoque purpureo paulatim lumine crescens,
Dum septem reuoluta dies, quartamque figuræ
Albicet: inde suę reparans confinia formæ,
Emicat orbe dato terquinis lapsa diebus.
Nec secus illa polo fulget, quàm lumina solis
Esse uides, totumque suum mox lustrat & orbem.
Sic magis accensa, & fraternæ lampadis instar
Accipit oppositos lucentis sideris ignes,
Decrescensque suum paulatim digerit orbem.

Inque

Inq; nouas formas iterum se uertere cernas,
Vt doceat Phœbum proprios minuisse nitores.
Lunam non uideri posse, cum est sub radijs solis.
At latet, ardenti postquam sub lampade solis
Non cerni nosciq; potest, non promere uultus,
Maiori submissa deo: nec reddere lucem,
Nec quas contraxit concreta mole figuras:
Donec continuis adnitens motibus, erret
Inuia per superos, & noctis opaca profundæ.
Itq; duos obscura dies, uix terna resurgit,
Et tamen obtenuis, cornuta & cuspide fulget,
Egregium cœli lumen, uisuq; decorum:
Et uarie semper suspenso uertice fulgens,
Humanas miro frustrans cum lumine mentes.
De Lunæ motu.
Instituit Deus omnipotens, cum conderet astra,
Menstrua Luna suum spaciosis orbibus orbem
Perlegit, & lucem semper contermina Phœbo
Perdit: & inde suo renouato sidere terras
Circuit, & tenues in longum porrigit arcus.
Hæc etiam pigro fertur per concaua motu,
Interdum & celeri glomerat uestigia cursu,
Inuia mortali peragrans loca, lucida calcans
Concaua: tum summo cœli subuecta rotatu,
Signiferi quærit bis sex animalia cycli.
Luna interdū meridionalis, interdum septentrionalis.
Sæpius hesperias præceps lapsura per undas,
Incita, purpureas quærit contingere metas.
Interdum Libycas fertur tardissima ad oras,
Sydonias uisura nurus: dextraq; relinquens
Solis iter, gelidam non unquam concitat arcton.
Lunam nō ferri extra Zodiaci latitudinem.
Sic igitur uariè currentibus orbibus acta,
Signiferi partes nunquam transcendit: & ipso
Limite non fertur medio, sed longius errat,
Ne Phœbi callem medium finesq; pererret.
De circulo ecentrico Lunæ.
Ecentrumq; ferunt Lunæ inter concaua cyclum
Telluris,

Telluris, media signorum à parte remotum.
Ne mirere nouis fingentem carmina uerbis, Excusatio.
Si fruor, externa & si nomina singula cælo,
Sic opus est, res ipsa monet: ne quęre decorem,
Ornari Musis uetitum, nam notior illis
Ars erit: & motus uarios tu concipe gyris,
Quos uulgi fauor ambiguus, ueteresq; dedere.
Luna ubi sub Tauro graditur, tellure remota est, Exaltatio
Hoc ideo tauro gaudet, tauroq; beatum Lunæ in. 3.
Illa sibi regnum terna sub parte locauit. parte tauri.
Sphęra tamen medio terram suppresit: at orbis
Quo graditur, terræ non est conterminus usquam.
Magna per anfractus, & partis deuia, cura est Lunæ mo-
Præcipites cœli motus, paruosq; epicyclos tus inueni-
Flectere ad obliquos arcus, terręq; figuram. re, difficile.
Nam uehit illa super currus, uehit illa sub imo,
Et proprior terræ spacio breuiore rotatur.
Ante pares Geminum stellas sunt cornua Tauri, Vbi Luna à
Insigni flammata choro, pluuialibus astris: terræ cẽtro
Vergilias dixere patres. qua concipit ignes longior.
Flammescens, meliore loco, currusq; recuruos Vergiliæ.
Exercet, tardo motu. nam semita maior,
Longior à terra, rigidos dat in æthera motus,
Hos non illa globis tantum sublimibus affert, Lunã quin-
Sed quinis agitata modis, modo fertur ab uno q; motibus
Eoa sub parte celer, modo proxima terræ: moueri.
Interdum properat solis contingere currus,
Et mergi occasu, paruoq; uoluta epicyclo
Gaudet equis iunxisse rotas: illoq; reflexa
Pręcipiti fertur motu, bis mense pererrans
Concaua, quàm gyrum sphęrę peragrauerit omnem.
Adde quod in Boream prono uehit absida curru,
Et rapidum cœli cursum, sphæræq; morantis,

Et parui ad terram cycli non linquit: & illò
Voluitur, ut certos referat super æthera motus.
Octipedis cancri si forte effulxerit igne,
Et dea sit fortis motu, nulliq; maligno
Peruia, nec Phœbi flammis obnoxia: mira
Largitur tum summa uiris, nam maxima præbet
Munera: tum fasces, & regna potentia donat,
Et populo gratos reddit, plenosq; fauoris.

Quid operetur Luna in signo cancri.

At si forte Iouis radios susceperit almos,
Tunc regum largitur opes, tunc cedit honores,
Præbet amicitias, & uulgi præstat amorem.

Luna cum Ioue.

Pessima, si Martis radio, grauibusq; figuris
Saturni occurrat: cum fulxerit orbe repleto,
Infandam genitis cladem, labemq; minatur.

Luna aspecta à Marte & Saturno.

Aemula sed Veneri fertur, nanq; inuida luci
Illius aspectu succenset: & orbita quanquam
Ipsa minor, lumen Veneri, gyrusq;, decusq;
Maior, at est Veneris succensus purior ignis,
Atque locus cœlo sublimis, & orbita maior.

Luna cum Venere.

Sed formæ uariant aspectus, & omnia fiunt,
Vt quisq; est Lunæ radio bene iunctus, & astro.
Hi nummis, formaq; uigent, qua diuidit orbem
Linea, si currat facilis: uel recta refindat
Errantum lumen, contra uel sumpserit illud.
Cum simul occurrunt trino, dant optima natis,
Sextilis iuuat exigue, conspectus & ipsi
Oppositi, quartiq;, nocent nascentibus, ambo
Infortunantes uideant si lumina Phœbes.

De aspectu planetarũ ad Lunam.

Hæc inter cupidos Endymona lusit amantes,
Cum non æquali lustraret lampade terras,
Dum sequiturq; deam, per deuia rura uagando,
Per loca plena metus, per & ipsaq; deuia montis
Feruidus, insomnis non cepit nocte quietem.

Fabula de Endymione & Luna.

Non illi studium gemmæ, non diuitis auri
Cura fuit: sed sancta deûm perquirere templa,
Et superum flammas, & feruida sidera cœli,
Multiplices Lunæ facies miratus ab imo,
Terdenos coluit reuolutis solibus annos.
Ergo non studium tam longo tempore crines
Pectere cura fuit, dulces non carpere somnos:
Sed pluuialis aquæ patiens, aquilonibus horrens,
Sæpius herboso potuit requiescere lecto.
Viderat hanc ignis iuxta confinia ferri,
Inter conuexum flammæ leuioris, & orbem
Stilbontis, uarioq; globo circundare terras
Imparibus spacijs lustrantem: & concaua cœli,
Interdum minimis signantem cornua flammis.
Et uelut amissam mœstum perquirere olympum.
Incertumq; uiæ, quò cornua flexerat orbis,
Nunc oculos mentemq; simul super astra ferebat.
Omnia sed postquàm uicit sollertior usus,
Et labor, & studium (quod perficit omnia) uelle, &
Vim dedit, ut motus posset comprændere certos,
Atque aperire uias omneis, quîs diua feratur.
Tantum illi studium longæui temporis acre
Attulit, humano licuit comprændere sensu,
Quo ferat orbe rotas: hic mundi mœnia primus
Transiluit, magnumq; deæ penetrauit ad orbem,
Et uarias uidit uires, uariosq; meatus,
Multiplicesq; illi sub eodem sidere formas.
Hæc uia sublimes animos ad sidera uexit,
Nec non & doctas qui quæsiuere per artes
Naturæ causas, & frontem cingere lauro,
Castalij latices ausos contingere fontis.
Et plures, quos nulla quies deduxit ab alto
Miratos cœli speciem, fragilemq; uidentes

Endymionem ferunt per 30. annos amasse Lunam.

Labore ac studio omnia uinci.

Terrenæ fecis tabem, uitamq́ fluentem.

Lunæ tria nomina. Sed me Luna uocat cœli ad sublimia, & orbes.
Illa polo fulgens, terris, hereboq́ profundo,
Nomina trina tulit, proprias sortita figuras.
Nam quod fraterno fulgentes lumine uultus
Præbeat, & solis radios imitetur in alto,
Diana. Dicebant patrio ueteres sermone Dianam,
Quod ferat alma diem cœlo subuecta sereno.
Sed quod ad infernos manes, & tartara Ditis
Lucida purpureos uultus subuexerat olim,
Hecate. Infernos Hecate nomen suscepit ad Orcos.
Proserpinæ raptus. Hæc Iouis inferni quondam furor impius, hærens
Visceribus, dilecta deo, quæsita per omnem
Trinacriam, non sponte dedit sub tartara gressum.
Qui simulac uidit radiantia lumina diuæ,
Obscura sub parte poli fulgere tenebris,
Arripuit diuam, nimio succensus amore.
Et tandem matris precibus lassatus amicis,
Reddidit ad superas sedes, lucemq́ diei.
Quid non uirgineo licitum concedere uultu?
Quid'ue minus licuit, leges quàm soluere Ditis?
Nanq́ ubi bisseno potuit perstringere mense
Coniugis amplexus, rigido & conuoluere saxo,
Infera regna tenens, cœlesti lumine parto:
Impia dissoluit scelerati iura profundi,
Semestre ad superos tantum, ut perfundere posset
Alma decus, nostraq́ libens regione uagari.
Iuno pronuba. Hæc & uirginibus studiosius omnia præbet
Coniugium, castosq́ uiros, placidosq́ ministrat,
Lucina. Auxilium primo pueris in limine portans:
Et fœtu, & matri, miro succurrit amore.
Hinc Iuno dicta est, magnũ celebrata per orbem,
Quod iuuet alma uiros, hæc natu maxima fecit

Saturnum

Saturnum genitis primo sub tempore patrem.
Siue quod illa Iouis soror est, coniuxq́ supremi,
Aëreos nectens madidis humoribus ignes,
Sufficiat gremio uarias pro tempore formas.
Siue poli series, & cœli traditus ordo,
Hanc natis tacita faciant ratione preesse.
Humida uis quoniam crescentibus apta figuris,
Quas solis radius descendens æthere ab alto
Asseruat proprio motu, & seruata reportat
Luminibus Phœbes augendum: quæ duo cuncta
Sufficiunt, generantq́ nouum de semine semen.
Atque quod est natum, uiget in sua tempora factum:
Dum Lunæ radius, solis lumenq́ decorum
Lustrabunt conuexa poli, terrasq́ rotatu,
Nunquam deficient generantia semina mundo.

Humiditas Lunæ cum ignis caliditate præsūt generandis rebus.

Hæc maria & uentos, tempestatesq́ sonoras
Concitat, & nigra cœlum ferrugine tingit.
Hæc etiam causas nimborum noscere certas,
Edocuitq́ simul quo sidere decidat himber.
Nam medium quotiens orbis dimensa uolumen,
Oppositos cernat Phœbeę lampadis ignes,
Vel ter septenis lustrarit solibus orbem,
Saturni radio, Martis uel pressa maligno:
Occupat assiduo nigranti sidere terras.
Pessima, si condat uultus sub sidere aquoso,
Aut gelidi aspiciat Saturni lumina quarto,
Oppositóue loco: uel cum renouauerit ignes.
Dij superi, & mentes, quibus est inhibere potestas,
Infandam terris hanc uos depellite pestem.

Tempestatū prognostica externa.

De himbribus.

Lucida montanis si forte effulxerit igni,
Nec maculis infecta globum porrexerit atris,
Tunc largas portendit opes, atque horrea complet:
Dum modo felices stellæ sua concaua lustrent.

Serenitatis prognostica

Fieri hominum mores secundū lunæ aspectū ad cæteros planetas.

Sic igitur uario suspectans lumine diuos
Fertur, & alternos perflat mortalibus ignes.
  At quoties Marti fuerit sub tempore partus
Proxima, uel calido flammescat sidere Phœbi,
Saturni'ue senis radio: tum lucida mentes
Imbuit, & mores natis, quos quisq; deorum
Sectatur, proprias artes studiumq; uagantum
Exhibet. hinc iustos alios, quosdamq; feroces
Accipimus: pigros aliquos, tardosq; uidemus.
Versutosq; alios, placida & cum mente quietos.

Artes diuersæ secūdum Lunæ figuram ad planetas.

  Hinc artes uariæ, nautas, studijsq; potentes
Agricolas quosdam, uel ferrea bella mouentes,
Et quosdam mentis uacuos, celeresq; calore
Nonnullos: frigent alij, mens omnibus una
Nunquam aderit, sed quisq; sua sub mente laborat.

Comitialis morbus.

  Hac & terribiles hominum descendere morbos,
Compertum: subita pressos cecidisse ruina
Ad terram, ueluti percussa à pondere magno
Præcipitata dari, pòst corpora fœda iacere,
Et resupina solo, mentem quoq; perdere, & ora
Dentibus incussis spumantia uertere circum,
Caligare oculos, tremere artus, labraq; uolui,
Et lachrymas ultro fluere, & conuoluier ictu,
Nec sentire tamen languentia corpora morbum.

Causa huius morbi.

  Hoc & Mercurio tribuunt: cum concaua Phœbes
Non cernat, uel nulla sui sit flamma sub ortum
Nascentis pueri, uel uirginis astra locentur.

De insanis.

  Sin fuerit Martis radius uiolentior illic:
Insanos reddit natos, captos'ue furore.

Maris fluxus & refluxus.

  Hanc propter fluere & pontum, remeareq; cernes
Incertos pelagi motus, uastamq; charybdim,
Ruptantem rapida pontum uertigine & æstu,
Flectere sub fundo pelagus, sursumq; referre

Turbine

Turbine cum magno fluitantes uertice arenas.
Hæc & si scimus cœlo descendere ab alto,
Attamen unde fluant, causas aperire parabo,
Inclite Rex: ne falsa tibi sententia fiat.
Appetit ad similem formam quodcunq; creatum, *Causa reflu*
Naturaq; datam, similis natura sequetur. *xus maris.*
Humor aquæ fluidus, Lunæ sectatur aceruum:
Quæ cum precipites peragret super æthera motus,
Sic remeare datur, fluitantem crescere pontum.
Huic uni parent fluctus, motusq; sequuntur,
Quales diua polo peragrat, fumitq; per alta.
At postquam moti fluctus maris, atque resumpti,
Ingentes retinere citos, non posse putandum est,
Aequora cum fundo moueant, referentq; cauernas:
Vndarum cursus missi de parte profunda,
Sectantur Lunæ motum, non illa quiescens
Adtrahit omne mari pelagus, spargitq; per æquor,
Præcipue exoriens, & tractas concitat undas,
Donec ad occasum ueniat concursus aquarum.
Hos etiam uenti pellunt: contraria semper
Vnda uado: minuunt uires, augentq; uicissim.
Præcipue cum diua polo sub parte aquilonis,
Atq; noti sedem peragrat, contraq; uagatur,
Vnda fluit, summumq; locũ maria omnia complent.
Hoc & in Oceano maius patet, altius æquor
Tollitur, & maior cumulus descendit aquarum.
Difficile imprimis causas aperire latenteis,
Et quas doctiloqui certa sub nube ferentes
Liquerunt, ueriti rationem reddere certam.
Tu modo certa precor rimator mente sagaci.
Multa modis multis aperit natura creatis,
Astrorum influxu: quæ cuncta manentia, ducum
Virtutes, opus, & causas si promere durum est:
Expediam

Expediam tamen hæc paucis: ut singula nostri
Planetarũ in membris hominũ uires. Membra regant capitis stellæ, cerebriq; potentes.
Mercurio ingenium, cerebrum Lunæq; dedere,
Saturno auditum, Soli cor, pectoris ima
Iuppiter ipse regit, nec non causasq; fluenteis.
Et Marti attribuunt bilem, & quæ proxima felli:
Vnde iræ faciles, & cordis dira uoluptas.
At Citherea iecur retinet, uenasq; calentes,
Quęq; mouent cunctis Venerẽ, & qua ducimur oẽs.
Adde uoluptatem. paucos mens ipsa fatigat
Spernere quod cupimus. Lunę sunt mẽbra superna,
Et caput & cerebrũ: cuncti & quod noscimus, omne
Quod mortale potest animal retinere Deorum.
Cum Luna quãdo Mercurius non conuenit. Hæc si Mercurio non conuenit, omnia perdit
Quæ tribuit natura homini, mentemq; animumq;:
Aut non perpetuo firmam, stabilemq; manentem.
Luna aspecta à Saturno & Marte cũ Mercurio existentibus. Qui si forte senis radio, Martisq; rapacis
Aspicitur: fœcunda parit cum fœmina natos,
His omne infatuat, quod mentem reddere sueuit
Egregiam: nullosq; illi dat seminis usus.
Noscendi causas remouet, deliraq; semper
Mens homini, nullasq; tenet sub pectore uires.
At si forte Iouis radios, uel lumina cernat:
Luna aspecta à Ioue. Optima largitur natis, partusq; benignos
Efficit, & castè deducunt tempora uitæ.
Ergo inter superos postquàm sibi tanta potestas,
Aëreumq; globum flammis ardentibus ornat,
Det fœcunda uiris placidam per sęcula mentem,
Omnes ut pelagi fluctus, nocituraq; genti
Sidera fœlici collustret lampade semper.

De Mercurio.

ALtius euecti, tandem penetrauimus orbem
Luna tuum, iuuat et uentis nunc pandere uela,

Cylleniq;

Cylleniq; aperire globos, flexusq; rotarum,
Mercuriumq; poli totis deducere gyris,
Et motus aperire suos, uiresq; potentes
Pandere, & in lucem flexus numerosq; referre.
Namq; poli primus sectas, & concaua finxit,
Alipedesq; leues glomerare per æthera currus,
Et motus conferre datos, flammasq; uagantes
Ambire, & solis uariari lumine luces.
Hunc & enim certum est uicinũ ad cornua Phœbes
Flectere iter, celeresq; rotas curuare meatu
Apsidibus certis: nec plus discedere ab illa,
Quàm sua signa procul distent à cuspide solis.
Tantus amor Lunæ, Solis reuerentia tanta est.
Hunc memorant quondã summi tenuisse Tonãtis Iouis cum Alcmena congressus.
Arcanum, & uersa tantum placuisse figura,
Vt mersum Oceano Phœbum uinxisset in undis,
Impenditq; diem terris, placidamq; quietem
Sumpsisse Alcumenam: Ioue natus ad ęthera posset
Alcides penetrare deos, regnumq; parentis.
Elusum simili forma Amphytriona superbum
Reddiderit, castoq; thoro iacuisset adulter
Illius optatum Veneriq; dedisse cubile.
Quid memorẽ Ortygias falsa sub imagine uaccas Iûs fabula.
Eripuisse dolis, simili quoque mente nouercam
Deceptam, & patrios animos satiasse canendo.
Vt caput absciderit falcato desuper ense
Quondã Argos, centumq; oculos dulcedine captos Argus.
Presserit, & uigiles paulatim clauserit omnes,
Inachidem cupido daret ut uersutus amanti.
Quid'ue dolis ualeat, prompta quid deniq; lingua,
Non opus est dictu: centum capit ille figuras,
Cum libet, & semper uertenti singula cedunt.
Singula uertenti cesserunt omnia uoto.

Veteres miscuisse uera falsis.

Mercurius auget illius planetæ uires, cũ quo associatur in figura.

At falsis uera inuoluit gens prisca, uetusto
More suo: cum cuncta deûm uestigia signans
Mercurius, reddat proprias ad sidera formas,
Assimilemq; illis se præbeat, & iuuet omnes
Errantum radios maiores pandere uires,
Et permutatis formis uariare uigorem.
His sibi magna fides cœlo, terrisq;, mariq;
Creuit. & esse deum mendax patefecerat olim
Aegyptus, mores illis, ritusq; sacrorum
Exhibuit, docuitq; uiros altaria circum
Ignibus accensis sacroq; piamine thuris,
Posse homines penetrare globos, sedesq; supernas.

Mercurij genus.

Stilbon.

Hunc natum Nilo dicunt, Memphiq; parente,
Et celebrant mensem Stilbontis nomine dictum.
Ast alij dixere, Iouis de semine natum,
Maia matre, simul Cylleno monte creatum,
Ardentiq; polo fixa qua parte refulget
Taurus, & in frontis medio chorus imminet astris.

Mercurius facit homines æris cupidos et phi losophos.

Hic premit insomnes duro dare tempora lucro,
Impellitq; homines naturæ discere mores,
Saturni hospitio si fulxerit, astra'ue signet.
Namq; Deus caute mentes, & pectora uersat.
Et grauiter mentem qui commouet, omnia recte
Prospicit, & celeres fallit uia prompta loquendi.
At pensata manent meliori parte locata,
Et nunquam fallunt animos meditata ueloces.
Hic etiam cupidos auri, rerumq; nouarum
Esse animos hominum cogit, uigilare iacentes.

Non posse homines satiari immensa cupiditate.

Omnia si cedant uoto mortalia nostro,
Et quodcunq; maris magni circumtulit unda,
Et quod terra parens ima de parte refundit:
Non tamen humanas posset satiare querelas,
Aut exhausta sitis parto requiesceret auro.

Hanc

Hanc parit orbe suo Cyllenius, & premit atram
Visceribus mentem conuolui, terrea quæq;
Appetere, & proprios naturæ linquere cursus.
Hic etiam maneis absconsos elicit Orco,
Sublimesq; uias cœli speculiarier idem,
Naturaq; docet, causas & discere rerum.
Quærere, num Cæsar uiuat post tradita morti
Membra suæ, uel cuncta simul cum corpore perdat,
An'ne alias quærat sedes, uitamq; futuram
Expectet, carnisq; premant contagia mentem.
Dic mihi quid prodest causas cognoscere rerum?
Quid labor? & multis animum deducere rebus?
Omnia si rapiet mors, & breuis hora diei,
Si nil iuris erit terrenæ fecis in alto?
Cunctaq; si certo labuntur tempora fato?
Quid iuuat ad superos rigidam cōuertere mentem?
Quid'nam leta suis producere tempora rebus?
In tenebris an nostra dies, duroq; labore
Versamur, cæci rabie, plenicq; furoris?
An mentes tantum Deus, an sors impia uersat?
An nil posse datur? fingentes talia, fallunt,
Non cœli motus uarij, non sidera, & ipsi
Errantes: sed quisq; sua sub nube pererrat.
Hinc illi uarias fingebant corpore formas
Mercurio, quoniam tanto sub sidere mentes
In diuersa ruunt, cæca sub imagine uitæ.
Quam qui pollutam uitijs, & pondere carnis
Duxerit, errantem ducunt ad tartara Parcæ.
Sin sua suspiciens deducat tempora cœlum,
Imbuat & mentem, rectum, sanctumq; piumq;,
Aut doctas properet studijs contingere ad artes:
Hic cœlo dignus, superas & scandere sedes.
Talia Mercurium concessæ tempora uitæ

Mercurius facit astrologos & nigromantas.

An omnia morte soluantur.

Quisq; seipsum fallit.

Qui spe uitæ fallitur, errās perit.

Mercurij uita.

Perduxisse ferunt, & sacras isse per artes,
Ingenioq́; suo diuum sibi poscere sedes.
Qui quanquam paruo lustrauit tempore terras,
Deduxitq́; tamen mortalia pectora cœlo,
Et penetrare dedit suspensæ mœnia flammæ,
Scrutariq́; polum, causas & discere rerum.
Atque aperire uias naturæ, & quærere motus
Astrorum, primusq́; globos errantibus aptos
Instituit, signis partes, & nomina ponens:
Mercurij domus esse iuxta Solis & Lunæ domicilia. Hic uicina tenet soli sua lumina claro,
Et sedem cœpit solidam sub Virgine primam,
Et Geminis, Lunæ hospitium Solisq́; secutus,
Vt sedeat Cancro propius, calidoq́; Leoni.
Et dicunt non posse globo peragrare per omnes
Nõ elongari Mercuriũ à Sole, nisi per 28. gradus. Signiferi partes, nec longius ire per illas:
Quàm sua sit solis sedes contermina sedi.
Qui cum se uideat paulo tamen inde reuolui,
Abiectumq́; procul, radios ueneratur & astrum:
Mercurij repedatio. Susceptum iam linquit iter, propriosq́; meatus
Comprimit, atque iterum repetit quos legerat orbes,
Et celer ardentis refugit sub lumina Solis.
Inde suos auget motus, ambitq́; rotarum
Curuatus celeri motu: pòst lapsa resumit
Tempora, tum pigro repetit uestigia gressu.
Fortunam sumere uires ex retrogradatione & directione planetarum. Hinc semper sumit miseros fortuna rotatus,
Interdumq́; frui lætis largitur, ut alto
Fixa loco: uel summa tenet fastigia currus.
At cum suppressum pedibus tenet ille meatum,
Heu quantis miseros inuoluit cladibus atrox?
Et quàm fallaci deceptos tramite uero
Ludit, & elusos docuit quid sidera possint.
Mercurij motus diuersi. Quid tibi commemorem, quales legat ille reflexus,
Pernix? uel quali uertat se cardine cœli?

Nititur

Nititur in Boream radianti sidere præpes,
Cum super octipedis conscendit brachia cancri;
Vel geminos lustrat fratres, uel uirginis astrum;
Aut metam cœli mediam, qua sidera signat
Scorpius, ad cœli spacium duo sidera calcans.
Tum gelidæ quęrens iterum confinia Lunæ,
Proximus est centro terræ: quo semita diui
Ecentrum curuo designat limite gyrum,
Qua gemini cœlo pisces luctantur in alto;
Inualidusq; polo, terris sua lumina præbet.
Sic postquàm tetigit medium gyriq; poliq;,
Frigida dimensus loca cœli, parte refulget
Splendidiore globi, fundens mortalibus ignem.
Hinc superos almo radiorum lumine lustrat,
Præcipue si prima tenet uestigia, iuxta
Exortum, cœli media uel parte moretur.
Et tamen assiduis flammescens orbibus, affert
Hos merci promptos, hos curuis nauibus aptos;
Hos causas tractare docet, motasq; tueri.
Astrorum motus alios, causasq; latentes
Scrutari, nec firma suo sunt pectora motu,
Mille magisteria, & uitæ discrimina inertis.
At circumflexos anno cum uoluerit orbes,
Occliuemq; globi callem: si defuit illi
Ad numerum, quo quisq; deûm percurrit Olympũ,
Porrigit in reliquum breuioris tempora lucis.
Hinc uarij fiunt motus, hinc rectior ordo,
Hinc repedare datum cyclos iam parte rotatos.
Et quanquam gressus nunquam reflectit ab orbe
Ille suo, parui peragrat cum concaua cycli,
Et modo suspensos, pressos modo comprimit orbes;
Attamen aduerso motu legit astra nitentis
Signiferi, & uario transcurrit turbine signa,

Mercurium pro diuersis cœli partib. diuersimode influere.

Interdũ anno, nõnunquã maiori tẽpore Mercurium finire cursum sui orbis. Retrogradationis causa.

Cui si cœlicolum licuisset quęrere sedes,
Aut ambire super nitidi confinia solis,
Ignitos nocti radios præstaret ab alto.
Qui superos celeri motu si flectere posset,
Aut Phœbi ardentes licuisset quęrere currus:
Mortales hebetare uices, casusq; sinistros
Posset, & è superis cunctis præstantior esset.

Triginta partib. elongari nō posse Mercuriū à Sole.

Terdenas cœli partes cum perlegit orbe,
Longius abscedit Phœbo: ne concitus erret
Orbe dato, quem summa tenet, quæ reddita cunctis
Ter centum partes numero, terq; inde uigenas.

360. partib. omnē cœli circulū esse diuisum.

Sic omnis cœli cyclus, flexusq; rotarum,
Partitur numero, summam ne quęre minorem
Maiorem'ue globis: nulla est iniuria cœlo.
Hunc alijs statuit numerum, quem seruat & ipse,
Ne sine lege polus uario daret ordine cuncta.

Mercurium uires suas cōmunicare cum cæteris planetis.

Hoc & concessum est magno pro munere diuo,
Vt posset celeres diuûm frenare figuras:
Quosq; illi statuunt, uenturo tempore casus,
Huic pensare datur, iuuat, & compellit ad iras,
Humąnas signi formas si presserit alto,

Mercurius cum Marte. Homicidæ. Falsarij.

Et Martis radio se iunxerit orbe supremo:
Exilium, cædis cupidos, mortisq; ministros
Efficit, & falso damnatos crimine reddit.
Quiq; fidem scripto quæris, uel firma manere
Quæ mandas testata, tuo soluenda nepoti:
Quære alium, nam nulla uiro reuerentia tali,
Qui sic natali diuos susceperit ambos.

Mercu. cum Saturno. Infidi.

Sinq; seni iunctus: fidei non firma uoluntas,
Non promissa ualent, scripti non consitur ordo.
Sed dabit ingenio uires, mentemq; profundam.

Merc. cū Sole et Marte.

At si Mauortis radio, Solisq; refulget:
Audaces nimium natos, qui ferrea duro

Bellorum

Bellorum excessu, committent prælia campo.
Scipiades quales, Fabij Decijq́ fuere,
Hannibal & Pœnus, Marius, seriusq́ Iugurtha.
Ductoresq́ feri tali sub sidere fiunt.
At si lasciuæ Veneris conceperit ignes, *Merc. cum Venere.*
Aut illi iunctus quacunq́ in parte polorum:
Tunc cupidas nimium mentes, tunc pectora cæca
In rabiem luxusq́ dabit. Ioue tactus at astro, *Merc. cum Ioue.*
Imperio gentes reget, & mandata priorum
Aequa dabit: iurisq́ uiros, legumq́ potentes.
Augustus qualis Cæsar, Titusq́ fuere, *August. Cesar.*
Alfonsusq́ pater: tuq́, & domus inclita auorum *Titus.* *Alfonsus.*
Gentis Aragoniæ, longo quos ordine reges *Aragoniæ gẽtis laus.*
Posteritas uentura feret non esse minores.
Nam iam parta tibi laus, & præstantius illis *Fernandi regis laus.*
Ingenium, superas uires & facta priorum.
Nec tua maiorum contenta est gloria fama,
Sed genus omne tuum superas, & uincis honore.
Nam seu disceptent bello, regesq́ ducesq́:
Siue aliquid suadet populo titubante disertus,
Grandia doctiloqui Ciceronis uerba serendo,
Tu superas: aciem si quando ad prelia uentum est,
Exornare loco subitus suggesserit error,
Excellis Rex summe pari uirtute priores.
Vnum restabat sublimis gloria famæ,
Vt tandem cœli motus, & sidera nosses,
Et quo quæq́ loco proprios dent astra rotatus:
Ne quid inexpertum, iam iam Deus ipse futurus,
Liqueris, aut cœli sedem non noueris omnem.
Nec tibi displiceat cœli secreta, globosq́
Noscere, diuinos imitari & mente poëtas:
Illa tibi, natisq́, domus stellata petenda est.
Quam genitor, proauiq́ tui, uirtutis amore

Tantopere

Tantopere amplexi, bellis, placidaq; quiete,
Iustitiaq; pares, animi petiere uigore.
Quæ ne nota minus pateant, da lora secundis
Cursibus, ut plenis pandantur carbasa uentis.

De Venere.

TErtia subsequitur sedes, & tertius orbis,
Hic Citherea tuas uires, lumenq; globosq;
Eloquar, & sparsas fulgenti lampade flammas.
Vos animæ quæcunq; polum sedesq; beatas
Incolitis, Venerisq; deæ loca summa tenetis,
Este duces, nam uestra iuuat præsentia uatem.
Et iam sancta Dei genitrix, quam sidere in isto
Diua colo, summiq; sedes super ardua cœli,
Quamq; ego nonnunquã Veneris sub nomine ficto
Compellare meis ausus sum, Diua dearum,
Da precor his animum rebus, mentemq; quietam,
Vt ualeam tantæ describere lumina flammæ.
Namq; omnes cupidi poscunt sua numina uates,
Exortuq; suo gaudent, lugentq; recessu.
Veneris radio oẽs stellas uinci. Atque omnes cœli stellæ sua lumina condunt,
Hac referente diem terris, tenebrasq; fugante.
Hanc propter diui flammas, radiosq; remittunt,
Et graue Saturni sidus, sic propter eandem
Gaudet, & aspectu crudelia fata recondit.
Amplexusq; suos optat Mars impius, ex quo
Bella uacant, placidæq; fluunt data tempora pacis.
Paridis iudicium. Hanc propter Phrygius despexit munera pastor
Palladis armiferæ, Iunonis numina magnæ
Spreuit, & optauit redimitos fronte capillos
Tyndaridos, bellumq; deûm, Troiæq; ruinam.
Gentis Iulęæ caput, & dux maxima Romæ,
Protectrixq; suæ stirpis : quæ diua nepotes
Extulit, ut toto ualeat dominarier orbi.

Syluia

Sylvia quod uirgo Troiano sanguine nata est,
Hac duce concepit, partu & properante gemellos
Edidit, ut magnæ fundarent mœnia Romæ.
Præterea quęcunq; uirent, florentq; per orbem,
Hac duce nascuntur, semen generantibus aptum
Infundit genitis, natumq; ad lumina uitæ
Deducit, terra augendum, Lunæq; tepore,
Vt solis radio calefactum uiuat in annos.
Hæc renouare diem nocturno tempore posset.
Nam Phœbo ardenti, Lunæq; simillima plenę,
Sæpius in tantis astrorum millibus umbram
Efficit: & cœlo lucem, terrisq; ministrat.
Errantes stellæ circum sua claustra uagantur,
Atq; datos peragrant flexus, propriosq; rotarum
Obseruant calles, certisq; anfractibus errant.
At Venus ipsa suo confidens lumine tanto,
Excedit manifesta datæ confinia zonæ,
Cum tendat tauri longe extra sidera calcem.
Hoc nulli superum licitum transcendere limen.
Non Phœbus ualet ipse potens, qui cuncta relustrat:
Non alij possunt superi. Veneriq; benigne
Cessit honos, quocunq; libet uestigia ferre.
Adde quod & noctu, fama est, seruire cubili
Martis, & accubitu thalamos conscendere diui,
Et Phœbi ardentes nonnunquam fallere uultus,
Et super Oceanum longa sub nocte uagari,
Et petere interdum ueterem Titona cubili,
Luciferosq; suis adiungere solibus ignes.
Hæc etenim sumens Astreæ sidera Libræ
Gaudet in incessu: solis nec fessa rotatu,
Nocturnos repetit motus, repedatq; priores
Signiferi partes, & Solis fertur ad orbem.
Quatuor at postquam menses sic concita pergit,

Syluia Rhea Romulus et Remus.

Veneris benignitate nasci ac florere omnia.

Sola stellarũ Venus facit umbrã.

Nota quod propter Venerem concessum, ut Tauri signũ genu egrediatur signiferi latitudinem.

Martis & Veneris amores.

Titon.

Venus retrograda.

Luciferos iterum præbet mortalibus ortus,
Et tarde peragrat gyros: tum fixa uidetur
Stare polo, demumq; dari congressibus orbem.
Nam proprios auget cursus: pòst tarda uagatur
Orbe suo, gressusq; malo curuamine flectit:
Et terræ propior, solis calefacta tepore,
Bacchanti similis iacit inter sidera flammas.
Hincq; ferunt quondam pulli quoq; littora pori

Aethyopes nigri & ingenio leni.

Aethyopes media signorum parte locatos,
Adtraxisse nigrum calida de sede colorem.
Hinc exusta ducis regna adsumpsisse lepôrem,
Fama uiget: Venerisq; suæ compingere mores,
Credere cœlicolas æquum tenuisse Tonantis
Imperia & leges. Veneri sed munere magno
Concessum, media signorum à parte uagari.

Venus quare cursu modo celeri, modo tardo

Interdum breuiora mora conuexa rotarum
Circuit, ut subter, uel sursum deuia fertur.
Quod quoniam uarium, nec non cognoscere durũ,
Quas potero causas rationis, & orbita quæ sit
Expediam: dictis aurem, mentemq; moueto.

De Veneris sphæra diuersæ opiniones.

Nam seu diuersos orbes, cyclosq; reflectat,
Seu ferat ad fixum propria sub lampade centrum,
Solis & accessu candentia lumina sistat:
Seu calor ille ingens, Phœbi conuexa sequatur
Illius appositos orbes, uel diua rotetur,
Phœbea sub luce polo: non noscere promptum,
Nec quibus illa uijs incedens æthere puro
Longius à terra sinuosa uolumina uertat.

Venerẽ finire interdũ anno sui orbis cursum, interdũ excedere.

Nam Solis menses superat, minuitq; rotatu:
Nec tamen ardentem Solis dea deserit orbem,
Sponte sua: sed parua rotæ cum concaua pressit
Ocyus occurrit, Phœboq; celerius hęret.
Hinc flammata deæ clarescunt lumina, postquam

Deserit

Deserit ardentem solem, tardoq; meatu
Fertur equis, gaudetq; suo de lumine prepes.
Et similis Phœbo cursu, modo nulla prioris
Signa tenet, uariatq; uices, firmatq; uicissim.
Lucifer ante diem exoriens: sed noctis in umbra *Lucifer.*
Hesperus est, sidus cœlo fulgentius omni. *Hesperus.*
Est in sublimis tauri fulgentibus astris,
Huic locus ad uernas cum sol conuertitur horas, *Fictio de matutino Veneris exortu.*
Quem colit, ut uirides submittat terra colores,
Ipsius insignem gemmis, auroq; coronam
Roscida purpureos spargens aurora colores
Purpurat, & roseum subfundit in ore ruborem.
Tum dea sublimi curru Titania regna,
Vt primum lustrare oculis concessa potestas,
Assumit rubicunda comam: iubar inde uerendum
Spargit humo, pura collustrans lampade terras.
Insignes magni Phœbi sectantur habenas, *Alia fictio.*
Mille animæ: quas ille deę pro uertice nectens,
Lucentes cœlo radios, terręq; ministrat.
Has dea suscipiens diuûm mentes, animasq;,
Cæsareosq; duces, & quos domus ipsa creauit
Gentis Aragoniæ, cœli qui sidera lustrant,
Et quas ipsa sua ducet de stirpe nepotum,
Assurgit manifesta polo. tum ianua cœli
Panditur, & noctis grauidas diuerberat umbras,
Adducitq; diem, Phœbiq; refertur ad orbem.
Sic postquam tenebras terra discusit ab ima,
Et lustrare datum circum loca peruia genti,
Læta suas terras repetit, Troiamq; iacentem,
Quam coluit, uiridemq; Paphon, Cyprumq; feracẽ, *Venus ubi colatur.*
Et Cretæ antiquam sedem: quas illa per oras
Incolitur, mistosq; aris aspectat odores.
Huic postquàm longo ritu celebrata sacerdos,

Et ſuper impoſitæ flammis arſere columbæ,
Munera læta prius, redolentia thura Sabeum,
Et nardi ſpicas, calidi quoq; floris achantum:
Tum Romana ſuper fertur Capitolia, natos,
Et magnos uiſura duces, regesq; ſuperbos,
Quos dea ſublimes cœli peruexit ad orbes,
Vrbe quibus media fulgent, aurataq; dona,
Et centum templis candenti marmore ualuę.
Quos omnes Venus alma polo cum celſa refulget,
Sublimi uectos curru fœlicibus armis,
Aſpectans meliore globo uidet eſſe beatos.

Venus cõbuſta à Sole.

Quę ſi flammatos ſolis conceperit ignes,
Purpurea tunc luce caret, nec preſſa refulget,
Infœlixq; loco perdit pro tempore uires.

Venus egreſſa Solis radios.

Pòſt ubi concaluit, Solis ſub parte locata,
Inualidas dat diua uices, fallitq; morantes.

45. partib. poſſe Venerem elongari à Sole.

At poſtquàm paſsim fertur, Solemq; relinquit,
Quatuor ut denis & quinq; ab lampade Solis
Partibus abſcedit, ſparſos pòſt comprimit ignes:
Inde poli medio currentibus ordine cyclis,
Fertur equis, ſiſtitq; gradum, ne concita flammis
Deſerat ardentem currum, uel lumina ſolis.

Anno peragit Venus curſum ſui orbis.

Sic uarijs agitata modis, ſua concaua quęrit
Imparibus ſpacijs: quanquam cœlum omne refindit
Menſibus exactis bis ſex, uelut obuia fulſit
Phœbea ſub luce cadens, uel iunxerit orbi.
Nam quoties fertur pigro ſubuecta rotatu,
Et repetit lectos orbes ſuſpenſa priores,
Vnius ad ſolis metam perducitur anni
Interdum numeris cycli, curuisq; rotarum
Auget & ipſa dies terdenos, ſiue minores,
Vt tarde remeat gyros, centrumq; epicycli.
Nec tamen illa leues nequicquam circuit orbes,

Sed uarios reddit mundo motusq; uicesq;.
Nam si forte Iouem fuerit compressa figura, *Venus cũ Ioue & Luna.*
Lucida fulgentes cœli cum circuit orbes,
Et radios Lunæ fœlici sumpserit igne:
Tunc mentes hominum seruando reddit honestas,
Nec melior natis poterit fortuna parari.
Mixta bonis, iubet esse bonos: sed lapsa, malignos,
Non talis fortuna foret: fatumq; tremendum
Portendit miseris, & non uariabile damnum.
At si magnanimi lustrarit signa Leonis, *Venus in Leone.*
Mirus amor laudis, pudor & mirabilis illi,
Ad moresq; ualet fingendos sola uirorum:
Quod cupidas frenat mentes, uel claustra resoluit
Illa pudicitiæ: fuerint ut sidera ad illam
Aspectu nocuo, uel iuncta errantibus apte.
Pisce polo gaudet: quo quondam uecta feratur *Venus in Piscibus.*
Esse mari, tamen opposita sub parte grauari,
Non dubium: cum nulla sibi consortia iungat
Mercurius, spernatq; deæ moresq; iocosq;. *Venus cum Mercurio, Marte, & Saturno.*
At nectit radio Martem, frenatq; furentem:
Et senis omne malum mulcet, flectitq; prementem.
Ergo omnes superum postquã dea maxima flãmas *Conclusio per precationem.*
Accipit, & diri frenat Mauortis acerbam,
Saturniq; senis rabiem, luxusq; nefandos:
Optandum nobis felici ut lampade terras
Circuat, & longi perducat tempora amoris:
Optatamq; deûm pacem, mundiq; quietem
Afferat, & rabiem crudelis comprimat auri.

LIBER TERTIVS.



LMA Dei genitrix, & cœli semita uirgo, *Inuocatio.*
Quæ prius & Christi mater, quàm sæcula facta es,

Semina uel fuerint mundi & simulachra, iacentis
Vatis tolle animos, fas sit mihi digna precanti
Sublimes Phœbi radios, motusq; perennes
Pandere, & ardentes diui describere flammas.
Nam nouus aggredior cœli conuexa, globosq;
Obcentros mediæ telluri & lucida cœli
Sidera, & ardentem bis sex animantibus orbem.
Nulli illos tetigere globos, loca peruia genti
Quęrimus, erranti nec dum bene cognita turbæ.

A magnis et difficillimis reb. gloriã esse sumendam.

Et quoniam à magnis sumenda est gloria rebus,
Semita nec facilis cœli, sed deuia quanquam,
Est animus memorare. fuit nam (sole creato)
Mirandum, uoluisse tuos conscendere currus
Phœbe pater, rapidasq; polo deducere flammas,
Qui si per patrios flexus, non doctus habenas

Phaëton audẽdo æternum nomen consecutus.

Flectere, & ardentem gemmis male compulit axem:
Quod tamen audendo superos conscendit ad orbes,
Emeruit clarum tenuisse in sæcula nomen.

De circulo Signiferi.

Zodiacus obliquus.

Signifer oblique fertur super æthera cyclus,
Qui sphęras, æquorq; rapit, simul astra globosq;
Errantum, celeri motu: uertentia & illa
Commouet, & rapida cœlum uertigine torquet.
Hic curuas cœli sectas, medioq; refindit
Sectores Austrine tuos: ubi diuidit æquo
Sole dies, ubi nox iterum fit maxima terris,
Et breuior signans spatijs æqualibus ambos,

Tropicus Cancri, & Capricorni.

Exactum qua parte globi sol comprimit anguem.
At suspensa manent Cancri uestigia ad Arcton,
Australemq; globum signat Capricornus ab imo,
Laniger æquales, & libra has continet oras.
Quatuor hæc signat loca sol manifesta rotatu
Signiferi, spacijs æquis cum perficit annum.

Nec

Nec patet ad uiſum cyclus: ſed mente ſagaci
Finge illum, plenumq́ ſuis animantibus eſſe.
Hunc Aries, Taurus, Gemini, Cancerq́ figurant,
Inde Leo, Virgoq́ ſubit, diſcrimine Libra
Subſequitur paruo: quàm pòſt & Scorpius ardens,
Arcitenens, flexum ſequitur Capricornus, & Vrna,
Poſtremo Piſces gemini confinia complent.
Totaq́ congeries rapido ſubuecta meatu,
Et premit occiduo lucem, cogitq́ ſub umbras
Sidera, contorquens axem, currusq́ rotantes,
Et quæcunq́ ſimul uolitans circuntulit æther,
Perpetuoq́ rapit curſu cingentia terram
Corpora, quæ rapidum cœli ſenſere rotatum.
Terra tamen grauitate ſui non fertur ab illo,
Sed ſtabilis, centrum medio confixit in imo.
Et iacet informis magno circundata ponto,
Aëra ſub liquidum parili diſtincta figura.
Illa tamen caput attollit: nam concaua fertur.
Quæ ſi merſa foret pelago, uiuentia nuſquam
Gigneret, aut genitum poſſet nutrire ſub undis.
Nec plena eſt facie: quod monſtrant ſidera, & ipſe
Cum primum exoritur Sol, ima parte refulgens,
Paulatim terras luſtrat. quę ni foret orbi
Aſſimilis, propior nobis, & longior eſſet,
Omnibus & terris patuiſſet tempore in uno.
Sidera præterea, motu reuoluta diurno,
Deficerent pariter terris, caderentq́ ſub umbras.
Hoc terrę prohibet tumor. hinc non omnibus umbrā
Efficit illa ſimul: ſed ſenſim cedere lucem
Nunc alijs, alijsq́ locis, uariare tenebras
Comprænſum, punctusq́ poli non omnibus idem,
Nec Cynoſura rotæ ſummo ſtat culmine cœli
Omnibus in terris, ima nec parte Canopus.

Circulos cœleſtes imaginãdos tantum.

Signorũ 12. ordo & nomina.

Rapi omnia aſtra à motu primi mobilis.

Terra in mundi centro immobilis.

Terrā eſſe ſphæricam.

Variari poli punctũ ſecundũ diuerſas mundi partes.

Ortū solis & occasum esse alibi alium.

Ergo ubi prima quies nobis, lux prima diei
Est alijs: tumor ille facit non omnibus umbras
Esse pares, lucemq; dari non omnibus æquam.
Hæc cunctis manifesta manent, sub concaua cœli
Tellurem glomerasse suos orbesq; referre.
Quanquam magna sui pars est demersa sub undis,
Et iacet informis pessum circundata ponto.
Sed quæ pars superans nostrum peruenit ad orbem

Terræ quartam tantum partē apparere.

Aspicit ignitas stellas, nec clauditur undis.
Et si magna, tamen non est lex quatuor una
Partibus his, quas massa tenet, terręq; figura.
Quam circum uariæ gentes, & buccera fœda,
Pennatęq; colunt uolucres, habitantq; per ipsam.
Hanc super immensas luces, stellasq; uagantes
Orbe suo ferri uideas, uarioq; rotatu.
Maiores etenim quasdam glomerare meatus,

Quasdam stellas occidere, quasdam non.

Vt distant summo stellati uerticis axe:
Et quasdam minimo uolui cum turbine, quasdam
Stare loco, nullaq; uehi uel parte uidentur.
Sunt quæ perpetua lustrentur lampade solis,
Imparibus spacijs, medio sub cardine mundi.
Et quædam breuiora ferunt compendia, summo
Fixa loco: nullis, semper quæ consita centro.
At tamen est unus cunctis remeantibus ordo,

Nō posse in eodē cardine simul esse diuersos.

Nec uarij possent motus simul esse, nec unus
Diuersis ferri uicibus: ni sectus ab uno
Alter in opposito, qui sidera deuia ferret.
Stellatumq; polum uario discrimine circum.
Nam nec diuersum patitur cardo ille rotatum,
Nec posset uarios simul ex se ferre meatus.

Polus arcticus. De primo motore.

Ergo sub medio descriptus cardine uertex,
Parte poli summa est: qua primum turbine magno
Mobile, perpetuo circumuehit omnia motu.

Quem

Quem terræ, pelagiq́ uigor, flammæq́ nitentes
Aetheris, aut puri calor, aut uis maxima cœli
Commouet: aut mentes uolitantes, siue superna
Vis, diuina regens hos sacra lege meatus,
Concelebrat fulgore suo, totumq́ gubernat,
Continuo motu cœlum, stellasq́ uagantes, *Cœli continuus motus.*
Atque alias cœlo fixas, signisq́ locatas,
Raptando circum uoluit, nusquamq́ quiescit
Huic etiam fama est, alium subsistere contrà, *Polus antar cticus.*
Et pessum retinere poli loca tetra profundi,
Infernosq́ lacus, & inanis corpora mundi,
Maioremq́ Helice cyclum compingit ad arcton. *Helice.*
Sed minimo est cycli Cynosura aduecta rotatu. *Cynosura.*
Disparibus positæ finguntur frontibus, una
Vertit in alterius faciem, caudamq́ tenendo
Insequitur properę formam Cynosura sororis.
Et caperet, ni fusus eò circumuoluet Anguis, *Anguis.*
Qui medius circùm stellis ardentibus errat,
Et uetat amplexus fieri, ne sedibus obstent,
Sed mistæ ex uarijs fingantur uiribus ambæ,
Temperiem ut cœlo faciant, terræq́, mariq́.
Quas inter, Solisq́ uiam, cum diuidit ęqua *Inter circulum æquinoctialẽ, & polũ arcticũ, esse diuersa astra, quæ septẽtrionalia dicuntur.*
Nocte dies, surgunt diuersis uiribus astra,
Quæ uitas hominum, ritus, moresq́ reportant.
Quorum pars medio, nostro & sub cardine fulget,
Et Boream repetit: flammas pars altera iuxta est.
Est in sublimi cyclo, qui diuidit æqua
Nocte dies, flexus: quò curuus brachia Cancer
Subtendit, Solisq́ uagum quę comprimit orbem: *Esse etiam astra meridionalia.*
Qui pariles findit cyclos, finesq́ duorum
Signat, ut ęquantis medio Sol fertur, & æqua
Lance polos mensus. qui cum declinat ab illo,

Fertur in alternos flexus, medioq́ recedens,
Aut hunc, aut illum contingens: inde reflectens
Vertitur ad medium cyclum, quo lassus abibat.
Et nunquam simili fertur regione uiarum,
Semper & errando gyros appingit iniquos.

Tropici, Cancri et Capricorni. Qui quantum medio distant à limine iusto,
Tantum signa duo seiungunt axe polorum
Abmota, & parili numero sortitur aceruum.

Zodiacus. Hos omneis ambit cyclos, qui cuncta reportat,
Signifer, & ternos medio circumligat unà.
Dimensusq́ poli spacium, sub partibus æquis
Diuidit in Boream dextra sex signa relinquens:
Sexq́ aduersa illis parili discriminat arcu.

Huius in inflexu medio notissima fertur
Ecliptica. Semita, quam Phœbus iustis cum partibus ambit,
Signiferi partes peragrans in concaua gyri
Circuit omne solum: nec quicquam cedit ab illa.
Hac premit Aethyopas, hac & sublimia quærit
Canis. Signa canis, procyonq́ legit feruentia cœli
Procyon. Astra, per octipedem curuantem brachia cancrum.
Sic uarias zonæ partes Sol lustrat ab alto,
Et sedet adfixus medio: seu mersa refindat
Dierum inæqualitas. Concaua, uel superi peragret loca lucida cœli.

Hoc ideo aduersa Sol lustrat lampade terras,
Et magnum dispensat opus, noctesq́ diesq́
Imparibus signat spacijs, curuosq́ rotatus
Dimensus, non æqua poli uestigia signat:
Aequa sui quanquam peragrat uestigia cycli.

Solem interdum terræ proximum, nonnunquã remotum. Sed quia sublimes nonnunquam fertur ad orbes.
Nunc propiore uia terram metitur ab imo,
Quo iacet ardenti Capricornus sidere flexus:
Nunc centro terræ assurgit, qua parte superna
Orbe suo signat punctum tellure remotum:

Iccirco

Iccirco ſpacijs metitur concaua iniquis.
Interdum maiore mora curuamina gyri,
Nonnunquam breuiore globos percurrit, & errat.
Qui ſi iuxta meat conuexa ecentrica terræ,
Hæc eadem non ęqua forent ad concaua cœli.
Hęc niſi per medium findat data linea centrum
Amborum, non iuſta feres curuamina gyris.
Semper enim centrum tunc linea recta refindet
Telluris, Solisq́ uiæ, qua labitur alto:
Cum deducta ſuper cyclorum concaua perget,
Sub geminum extremo diſtans à cuſpide terræ,
Quantum ſumma poteſt Solis uia longior eſſe.
Hinc tardi ſoles terris, celeresq́ per annum
Solis equi, uarias ducunt ſuper æthera luces.
Nec tamen omne ſolum Phœbi diſcrimina ſentit,
Quamuis ſub terris medium, tantumq́ ſupernè
Apparet cœlum cunctis mortalibus eſſe.
Nam modo ſigniferi partes curuantur in imo,
Nunc terris ſeſe tollunt, totusq́ reſurgit
Interdum, uariant illum loca ſingula terræ,
Atque poli uertex cauſa eſt diſcriminis omnis.
Signaq́ præterea non ſcandunt partibus æquis,
Nec cunctis eadem menſura eſt menſibus anni.
Nam noſtros uiſus diſtinguit in aſtra Colurus.
Hi duo ſunt: alter contingit uerticis axem,
Adnexusq́ polis: ſed fit uariabilis alter.
Sic quencunq́ locum noſtro ſub lumine quæras,
Hunc illi fingas cyclum, qui finiat orbem,
Quem uariat ſcriptus uertex in cardine ſummo,
Vt iacet ad terram depreſsior, alta'ue cernat.
Hæc etiam terris lux eſt non reddita certis,
Vtpote qui nullam norunt, his deficit umbra,
His ſolis radius nunquam ſub Tartara fertur.

Solē inæqualiter ſigniferū peragrare, ecentrū uero æqualiter.

Nō poſſe ecentricū ſolis & orbē ſignorū æqualiter diuidi, niſi in auge, et oppoſito ſuæ augis linea ducatur per amborum centra.

Dierū inæqualitas.

Alijs locis eſſe perpetuam lucē, alijs cōtrà.

Signa nō æqualiter naſci.

Coluri.

De Horizōte ſphæræ rectæ, & obliquæ.

Alia ratio inæqualitatis dierum.

Nam polus est illis uaria sub parte locatus,
His nulla oppositis fulget lux alma diei,
His uer frondiferum arridet, spargitq; uirenti
Gramine purpureos flores, herbasq; salubres,
Bisq; alijs anno redit de cespite aristas,
Bis messes æstus, bis portat & uua racemos.
His, ubi frigoribus bis canduit humor aquarum,
Talibus in terris hæc tempora dicta resurgunt.
Ast alijs gelidus pendet de montibus humor,
Et glacialis hyems fusco tegit omnia nymbo.
Loca inhabitabilia. Hæc deserta uiris pars est, qua nulla uidentur
Pabula, nec uolucres concentibus aëra mulcent.
Illic non homines, non ulla armenta creantur.
Vitalemq; ferę non sumunt lumine uitam.
Omnia locis & tẽporibus debitis oriri. Hoc propter rerum species, generataq; mundo,
Ad proprias sumunt formas nascentibus aptas,
Et certos seruant nascentia sideris ortus,
Quæq; locis contenta suis. nam singula promit
Illius æternus motus, simul astra reflexi
Signiferi: cunctis sed semina certa creatis,
Corporibus selecta suis, primisq; elementis.
Omnia sed nutrit tellus animalia, Solq;,
Et qui perpetuo uiuens animantia gignit.
Qui sobolem ex ipsa duxit massa, illius ergo
Gratia magna fluens mundum deduxit in annos.
Solem esse causam potißimam generationis. Sol quoq; flammiuomus, bis sex ubi sidera fulgent,
Continuas peragrans parteis, causam generandis
Exhibet: exortu generans, perimensq; recessu.
Nam ueniente die, caput excrescentia tollunt,
Et condunt pariter cum primum mergitur undis.
Qui licet in parteis geminas discriminet orbem
Luce sua, gaudetq; uiam tenuisse deorum
In medio, dignum superis sibi poscit honorem:

Aequius est superos legem tenuisse Tonantis,
Et certos cœli calles, flexusq; rotarum,
Quàm fuerat proprios fines, iussosq; meatus
Linquere, & iniussos spaciosos quærere cyclos.
Hoc propter cunctis legem diuisq; deabus
Imposuit, radio flammantia sidera frenans.

Solē dare legem meatus cæteris planetis.

Iuppiter ipse poli rector, cum Marte superbo,
Sole calent: non ipse grauis Saturnus in alto,
Contemnit Phœbi radios, sed cœpta resumunt
Concaua, quæ repedant proni, motusq; retardant
Impetibus Solis taciti, flammisq; perusti,
Ilico conuertunt radios, maneantq; necesse est,
Et certos linquant cursus: tum certa rotarum
Signa premunt, partesq; datas remearier urget,
Et primas repetunt partes: ubi corpora sistunt,
Pòst flectunt breuiore mora, reuolutaq; sursum
Corpora, purpurei reuerentur lumina Solis.

Solem esse causam retrogradationis planetarum.

Ast si forte roges, quibus hoc contingat in oris,
Aut quibus eueniat causis: aperire parabo.
Sed mihi cum numeris luctandum maxime Rex est,
Et parteis memorare datas, lapsasq; referre,
Quis labor est: sudant artus, & magnus Apollo
Abnegat, & numeris prohibet certare poetas.
Sed quoniam à summis labor est, & palma petenda,
Cum non ex minimis ornentur tempora lauro:
Incipiam. tu carpe uiam, quam semita monstrat
Trita poli, nec uana putes compendia cœli.

114. partib. si Satur. est oriētalis, à Sole incipit retrogradari, & occidētalis eadē distantia incipit dirigi.

Ad ternam cœli partem cum sidus oberrat
Saturni, Solis radio (mirabile dictu)
Incipere ob pigros motus, & sistere gressum.
At postquàm oppositum Phœbo capit ille figuram,
Ima tenet conuexa rotæ, paruiq; epicycli,
Sic mediam lustrasse uiam, post altera pergit

Tres superiores à Sole planetæ cū sunt Soli oppositi, sūt in medio retrogradationis.

Concaua, tunc iterum propria statione moratur.
Ac postquàm tanti regis bene cognita uirtus,
Binaq; circuitu loca sunt peragrata, manetq; :
In secunda statione incipiunt dirigi.
Incipit erectos ferre ad sua sidera gressus.
Nec tamen ille prius nixatur pergere gyros,
Quàm bene succensam Solis uidet esse figuram.
Ad similem cœli partem sic fata dedere
Alternis ferri uicibus, ne læta uirorum
Tempora, perpetuo maneant fœlicia mundo.
Admistumq; foret fel dulcibus, optima prauis,
Et mœstis læta aduenniant, lætisq; dolenda,
Mortalesq; uirûm uarientur motibus actus.
Iouē et Martem simul retrogradari.
Cætera sublimi gradiuntur sidera cursu,
Et tardas peragrant partes recto ordine cœli.
At quæ subsistunt Saturni sidere luces,
Hanc seruant legem motus, uerso ordine primo:
Venus & Mercurius sæpius retrogradantur.
Et quæ sub Phœbi gyro uoluuntur & errant,
Imperijs commota suis, uarioq; rotatu
Excipiunt Solis radios, repedantq; priora
Concaua, consimili cyclorum uersa meatu.
Difficile est illis motus signare sinistros
Impetibus, quoniam crebro uariantur, & acti
In pronam cecidere uiam languentibus aptam.
Lunæ non aßignatur retrogradatio, sed celeritas & tarditas.
Nec quicquam in Lunæ motu quid tale rotatus
Esse potest similem ad speciem: sed redditur illi
Nunc motus celeris, nunc tardus, & orbita fertur
Sole minor, motusq; rotæ sic ocyor illi est.
Nullū planetarū præter Solē incedere per eclypticā.
Nec tamen exustum Solis sulcare meatum
Dis licitum, non ulla datur uis tanta beatis,
Vt medio tendant sectæ: sed frigida Olympi
Signa petunt, Boream uersus, uel consita ad austrum,
Dummodo sub zona maneant, numerisq; tributis.
Interdum lustrare libet sub Tartara terras,
Oppositas

Oppositas cœli summo, tepidissima regna
Solis, ut accliues circùm delatus ad orbes,
Nulla sit accessu tellus, aut orbita mundi
Immunis Solis radio, proprioq́ꝫ calore.
Nec sine sorte datum, Sol currus deuehat æqua
Parte poli, lucemq́ꝫ suam demittat Olympo,
Et totum circundet opus, nocteq́ꝫ dieq́ꝫ.
Sed tellus quoniam crasso cum corpore, nulla
Vi iubaris penetrare datum, sed subdita, quærit
Abdita telluris, quæ nulli peruia genti,
Parte aduersa orbem terræ (si credere dignum est) — *An sint anti podes.*
Comparibus lustrat spacijs, quibus omnia complet.
Nam si cęruleas pontus non extulit undas,
Nec littus desit terras habitantibus imas,
Non dubium similes illic dare corpora formas
Corporibus nostris, Solem fructusq́ꝫ referre,
Et pisces, uolucrumq́ꝫ genus, formasq́ꝫ ferarum,
Nec tamen oppositi nobis, contraria nostris
Corpora corporibus: sed terræ forma rotunda — *Nõ esse antipodes propriè nobis oppositos.*
Efficit, ut superis obstent inferna supernis.
Nec calci oppositum calcem, sed sistere longe,
Sic homines alios alijs obstare locatu.
Hinc dixere patres, ubi nox sit prima, diei — *Vbi nobis lux, alibi forte tenebras esse.*
Principium oppositis: & tantos surgere soles,
Quantum illis nox atra fuit, lumenq́ꝫ refusum,
Occasum nostras cum Sol petit actus ad oras,
Illic orta dies noctis diuerberat umbras,
Sic secreta legens Sol inuia, noctis opacæ.
Luce carent terræ partes, quas aura diei
Lustrauit, noctemq́ꝫ facit terræ umbra iacentis, — *Nox, terræ umbra.*
Et Solem non esse super confinia nostra.
Hos alterna, sagax, affert natura rotatus, — *Naturã & deum cũcta gubernare.*
Et uarias mundo facies, cœloq́ꝫ repostas

Vis diuina regit, clausa ratione gubernans.
At postquàm subter Sol defert luminis orbem,
Tunc mare, quod magnũ: tunc flumina consita ripis,
Humectant cœli speciem, frigetq; carente
Sole locus, nubesq; sedent in montibus altis.
Qui si non calidus, tamen hæc mortalibus affert,
Nunc æstus, flammasq; leues, nunc frigora terris:
Nec taleis (quales reddunt data corpora) formas.
Non ego nascentem Phœbum mirabor ab ortu,
Non ignis uomitum dicam, flammæ'ue nitorem,
Sed corpus solidum spiris ingentibus, omnem
Terrenæ molis faciem lustrare superne.
Has seruare dedit leges natura creatis,
Vt menses solis motu signaret habendos,
Vt duodena premunt curuati sidera cycli.
Hic etiam fati causas, dubiosq; tumultus
Edocet, ut uarias subfundit lampade luces.
Hic hominum uitam signat, mortemq; futuram
Omnibus, & signis connectit singula certis,
Nam si forte suos terræ cum porrigit ignes,
Se Luna opponat media inter sidera fratris,
Horrendos tunc ille dies mortalibus affert,
Si fuerit radio Saturni & pondere tactus.
Felix qui mentem superum, causasq; latentes,
Et secreta poli potuit cognoscere primus,
Luctantesq; deos nouit, stellasq; potenteis
Mortales hebetare uices, illasq; grauare.
Illi non studium belli, non diuitis auri
Cura fuit, sed sancta deûm perquirere templa.
Milesium Thalem referunt, docuisse labores
Solis, & infectæ pallentia concaua Lunæ.
Sed Romæ primum Gallus Sulpitius urbi
Excidium docuit miserum, Latioq; parari.

Carẽtẽ Sole aërem humectari.

Cõfutat quorundã opinionem de Sole.

Annus cõficitur ex 12. signis, quas Sol peragrat.

Posse fati uim à Sole depræhẽdi.

In nouilunio.

Fœlices fuisse, causas rerum qui adinuenerint.

Thales Milesius.

Gallus Sulpitius.

Presserat

Presserat ardentis non sidera fulua Leonis.
Ast Lunæ obscuros uultus in tempore mensis
Bis fieri potuisse docet, Solemq; meatu
Non posse à superis lucem cessare coruscam:
Ni peragret cœptum bis ter per signa rotatum.
Ter quinis utrunq; polo pallescere uultu
Compræensum, lapsis etenim potuisse diebus.
Nec prius in spacium breuioris temporis orbem
Abscondet Lucina suum, quàm cornua pleno
Iunxerit orbe dato: fratris quoq; sumpserit ignes:
Oppositos, centri medio, nec distet ab illo.
Qui si pallentem cœlo signauerit orbem,
Vndiq; uenturam pestem, cladem q; parari
Immensam, & superos sparsuros æthere nymbos,
Humida si fuerint defectus signa: sed ignes,
Ignea signa dabunt: uentos leuiora reportant,
Atque niues, si signa premat frigentia Phœbus.
Quæ quocunq; loco uentura, & qualia, monstrant
Signa poli, cum quæq; sua sint parte locata.
Ad quorum formam mortalia corpora, & urbes
Accipiunt ortus, pecudes, uolucresq; canoræ,
Herbarumq; genus, tacito succenditur igni,
Paulatim minuens uitam, uiresq; potentes,
Quas genitis dederat cunctis Sol aureus ortu.
At cum sub formis hominum subduxerit orbem,
Humanis uentura lues certissima formis,
Terrea quadrupedes, & corpora bruta ferarum,
Et segetes, fructusq; soli, frumenta, pecusq;
Terrificant, uolucresq; grauant sua signa superno.
Et quos stella uiros partu signauerit ortu,
Quæq; nocens figura deûm sub cardine Solem
Aspiciat, uitæq; locum pulsauerit ipsum.
Hic etiam seruare dedit, quo noscere posses

Bis mense posse Lunã eclipsari.

Lunæ eclipsis quãdo fiat.

Prognostica eclipsiũ.

Secundũ signorũ naturam damna eclipsis uẽtura.

Aspectus aliorum planetarum ad Solem.

Prognostica uentorũ.

Temperies, aurasq́ leues: quo flamine uenti
Vi ualida excutiant Neptunnia regna profundo.
Hic etiam claros ducit per sæcula natos,

Solis significatio super reges.

Sublimesq́ animas, & fortia pectora præbet.
Ingenium uires superat, rerumq́ potitis
Præstat opem, si pura sui sint lumina uultus.

Claritatẽ Solis à nulla stella superari.

Hæc nullus superum potuit superare nitore,
Nec uirtute pari quisquam, proprioq́ calore
Excedet Solis radios. nam lumine ab ipso
Terra, mare, & liquidus flammis incenditur aër.

Oratio.

Aurea sint ergo puri sublimia Solis,
Et nitidas reddat fulgenti lampade luces,
Cæsareamq́ ferat requiem, sæuosq́ tyrannos
Obruat, & placidæ componat tempora pacis,
Impia funestæ dissoluat sæcula gentis,
Atque alios reddat natos melioribus annis.

Ad Deum.

Et tu summe deûm, pestem depelle futuram
Humano generi: meliora & tempora præsta,
Dum pendent miseris labentia sidera fati.

De Martis stella.

Fernandi regis laus.

PRoxima sunt Soli Martis confinia, & orbis,
Fernande armipotens, pacis, belliq́ peractor,
Vnde tibi in populos famam, laudemq́ parasti,
Ingentemq́ animis cunctorum nectis amorem:
Sed ueniet certe tempus (modo uita supersit)
Quo memorare tuas laudes & facta licebit,
Et populos bello uictos, gentesq́ subactas.
Nunc aliò nos Musa uocat, paremus ouantes.
Et quis erit, qui non timeat Mauortis ad orbem
Scandere, flammati lustrare & numinis ignes?
At mihi non uires, non tanta potentia menti,
Te sine non animus, sed (si tua gratia præsens)
Incipiam, patiare precor percurrere cœlum.

Namq́

Namq; ego succensus famæ melioris amore,
Te duce sublimes Martis dicam ordine gyros.
Pauca prius dicenda tamen, conformia cunctis,
Ante suos quàm flectat iter mea Musa per orbes.
Quod si non magnis cœptis audacia præsens
Suppetit, aut humili serpit mea Musa rotatu,
Hæc itidem tentasse tamen, sat maxima laudis
Pompa manet, frontemq; dabit circundare lauro.
Diuersæ cœlo facies, diuersa colorum
Effigies: pallent quædam, fulgentq; corusco
Lumine nunc aliæ, rubicundaq; sidera Martis,
Clara Iouis facies, Veneri sed purior orbis,
Mercurio subruffa, seni pallentis imago,
At Phœbe splendens candor cœlum omne serenat.
Hos omnes Solis radio fulgere necesse est,
Cum nullæ cœlo luces sine lumine Solis.
Luminis ille quidem fons admirabilis extat,
Quo cuncta in cœlo, terris, pontoq; relucent,
Quo sine nec lux est, splendor nec redditus orbi.
At si cœlicolas formis differre uidemus,
Maioresq; aliјs alios, orbesq; nec uno
Assimiles, splendore pares nec reddere luces:
Materies tamen est eadem, subiectaq; nulli
Corrupto, non illa uirum de semine facta est.
Non ignis, flatusq; leuis, mare, terra, nec aër,
Oceaniq; patris nec quicquàm cœpit in alto,
Sed cœleste, deûm cœtus compactus ab una
Re solida, stabilisq; polo, semperq; rotatum
Impatiens algoris agit, nullusq; meatus
Alternare potest sublimia corpora cœli.
At Mauors calido suffundit lumine terras,
Ardentemq; sua spargit de lampade flammam,
Nec calet ipse tamen, nec & est calor additus illi.

Stellæ diuersicolores.

Non lucere stellas, nisi à Sole.

Omnes stellas esse eiusdē materiæ.

Corpora cœlestia inalterabilia.

Martis natura.

Eſt rubicunda deo facies, ſimiliſq́ pyropo,
Quo mortale genus mortis diſcrimina ſentit,
Hoc irę faciles, rixæ, ſubitiq́ furores,
Infelixq́ deo ſidus, mortalibus arma
Suggerit, & placidæ deturbat tempora pacis.

Aegritudines quæ ex Marte proueniunt.

Hoc febres nocuæ, capitiſq́ grauamina & æſtus,
Aſperat & fauces dolor intolerabilis ægro,
Hocq́ rubent oculi languentum, concita bilis
Aeſtuat, & nimio turbantur corpora motu,
Aſsiduo depreſſa malo, feruoribus ardent:
Aegraq́ mens uarias uoluit ſub pectore curas.

Mars pacis & quietis impatiens.

Adde quod impatiens recti, placidæq́ quietis,
In furias, ignemq́ rapit mortalia corda.
Qui prius excelſas superûm quàm ſcanderet arces,

Martē reperiſſe arma pugnantib.

Vt fama eſt, priſcæ gentis certamina ſanxit,
Bellaq́ conflictu docuit peragenda cruento:
Nunc ſudibus duris, tereti nunc ſpargere plumbo.
Arma uiris, galeaſq́ dedit, parmiſq́ ſiniſtras
Implicuit fragili libro, uel triplice tergo,
Et clauam inſeruit dextræ, nam lancea nondum,
Aut enſis fuerat, nec firmo robore thorax,
Nullus equo fidens norat fera bella mouere,
Non ſonipes campo Mauortia prælia uidit.
Sic poſtquàm rigidas armauit caſſide turmas,
Miles & occepit foſſam producere uallo,
Accinxitq́ (nefas) homines mucrone coruſco,

Cauſæ bellorum.

Ambitioq́ potens belli certamina fecit,
Et ciuile malum patuit: diſcordia demens
Accepit mentes hominum, cauſæq́ malorum
Luxuries, & amor regni immoderatus, adegit
In furias armare manus, bellumq́ mouere.

Apoſtrophe ad Fernādū regē.

Hinc ſeruis arma in dominos, hinc impia facta
Heroum, qui tela tibi bellumq́ pararunt,

Et potuere

Et potuere pati prædas agitare tuorum,
Succendiq́ue domos, & pacis rumpere leges.
Inclite rex, uictorq́ue potens, linque arma cruenta,
Cum non ulla tuo peragantur prælia regno. *Fernandi laus.*
Italia Gallos iecisti, tempore ab illo
Regna tenes tranquilla patris, nec cernitur hostis
Aduena, nec quisquam qui bella nefanda moueret.
Vicisti indomitos: sat sit uicisse rebelles,
Parta quies, culpaq́ue uacas, tibi palma paratur.
Non duces fecere tui, nec sidera cœli,
Sed labor, & studium pacis, uirtusq́ue suprema,
Vt bello extincto peragantur & ocia pacis.
Non aliter quæsita tibi laus, optime regum, *Cōparatio.*
Quàm cum fœta parens utero profudit alumnos, *Gigantum fabula.*
Heu miserum dictu, tellus (mirabile) partu
Immanes hominum formas, monstrosaq́ue membra:
Qui dubios fecere suo certamine diuos.
Belliger armatos sceleri non contulit artus,
Nec tulit ille Othon regnum affectasse Tonantis.
Tempore sed postquàm dubio bene profuit armis,
Et patrias iuuit uires: audacia creuit
Cœlicolis. namq́ue ille ferox concurrere contrà
Ausus, & impositum tunc Pelion obruit Ossę.
Hoc propter Martem Solem uoluisse propinquū, *Solē uoluisse sibi Martē esse propinquum.*
Atque Iouem firmasse suas hoc sidere partes,
Ne deus externas gentes super æthera solus
Quæreret, aut alius regeret male doctus habenas:
Ne'ue foret terris superis qui bella cieret,
Aut iterum audendo temeraria pręlia ferret.
Iuppiter arma deo statuit, bellisq́ue ministrum
Instituit. bello ille potens horrentia circùm
Arma quatit, gaudetq́ue manus committere ferro.
Namq́ue sibi è molli non sunt præcordia cœno,

Ferrea sed, duroq; manent in corpore uires.
Sed decuit circum Solem statuisse furentis
Arma dei, regemq; poli, medioq; locatum,
Militiam circum sedes tenuisse superbas,
Et firmasse suum Mauortis sidere regnum.

Decet militiæ Principē esse iuxta Regem.

Præterea sunt astra locis contraria multis,
Oppositæq; faces cœlo: numerare licebit,
Et stellas non esse pares, quis deneget illic?
Cum nihil æterna fuerit sub lege creatum,
Quin sibi non cernat contraria fata rependi.
Nam nisi sic astrum Veneris, uel Iuppiter obstent,
Vt tollant splendore suo discrimina Martis,
Nunquàm parta quies, nusquam fera prælia desint,
Impatiensq; boni Mauors, nil tempora pensat
Vltima, nil curat nec lapsi temporis acta.

Astra esse in cœlo astris cōtrariæ naturæ.
Omnia habere suum contrariū.
Venus ligat Martē, & è contra.

Qui quanquam Phœbi radios, flexusq; rotarum
Sidere sectatur, sublimi à parte polorum:
Phœbea cum luce tamen non discrepat actu.
Nam sequitur motu Solem, currusq; rotantes
Comprimit, & flāmas Veneris: quibus horrida frenat
Bella, quibus galeas, & tela minantia frangit.
Quæ quanquàm cœlo depresior, ille supernus,
Infensusq; deæ, tamen hic feruentia Solis
Lumina complexu non respuit. altera turba
Errantum, Solis radios formidat, & illis
Auget opus, quacunq; parat deducere uires.
Ast aliĳ imbelles fiunt cum lumine Solis,
Et tentare cauent (qua pergit in æthera) sectam.
Quodq; minus pauidus, minus & Mars ipse reflexū
Solis habet, propiusq; suo decursitat orbi.
Nec tamen est omni resolutus lege, nec omnes
Aut pariter peragrat cyclos, ortusq; resumit:
Sed petit occasum resupina parte epicycli,

Martē conuenire cum Sole.
Planetas omnes præter Martē, debiles fieri cum Sole.
Martē minus retro-

Vnde iterum lectas parteis repedare priores
Haud dubium, uertiq; globum uerso ordine primo.
Qui postquàm Solis radios acceperit almos,
Ad quartam cœli partem, qua distat ab illo;
Vertit equos, stantemq; putes super æthera diuum.
Et uelut adfixum cyclo non uoluere massam,
Post etiam pigrum resupinum quęrere cœlum,
Et non consimili ferri super æthera gyro,
Sicq; celer, tardusq; mora, ferturq; uagando.
Qui seu decliuem cyclum, seu parua rotarum
Curua premat, sidusq; ferat glaciale sub arcto;
Vel circumflectat tepida sub parte meatus;
Non tamen immunis cursu regione uiarum,
Quin referat partem motus, gressusq; priores.
Hoc ideo alterno deducit tempora motu,
Atque duos cursu tardus descendit ad annos,
Semestriq; minus, celeris si cursitet orbes,
Circuit omne solum spaciosis orbibus actus.
Hic propiore uia terræ confinia cernit,
Fumida cum peragrat loca cœli; cumq; sub urnis
Fertur equis, longeq; uidet fera signa Leonis.
Ast illi regum signo Capricornus honorem
Exhibet, extremas cum pergit quærere partes.
Huic locus abiectus periniqua parte refulget,
Qua dubius conferre manum, qui pręlia tentat.
Hinc uarios hominum casus, uariosq; malorum
Efficit euentus, summis contraria miscens.
Stella nocens si regna tenet, cum uoluitur annus.
Hinc fœcundus ager sentit sua damna perustis
Messibus, & steriles reddit uindemia botros,
Pomaq; cernuntur uiridi de stipite lapsa
Ad terram, sterilesq; dari messoribus agros.
Hinc febres, pustæq; uigent, nam concita bilis
Feruet,

gradari, q̃ alios planetas.

Mars quãto tẽpore perficiat sui orbis cursum.

Martis exaltatio.

Ex diuerso Martis motu uariari accidẽtia in mundo hoc.

Martis ægritudines.

Feruet, & exuſtus toto de corpore ſanguis
Arida membra quatit, pectuſq; fatigat anhelum.
Siccantur fauces, oculi lachrymantur, & humor
Vitalis linquit corpus, creberq; meatu
Pulmo, nec è facili deſcendit anhelitus aura.
Hinc ſubiti fiunt morbi, peſteſq; timendæ,
Atque repentinæ mortes, caſuſq; nefandi.
Fitq; palàm quodcunq; parat, quodcunq; minatur,
Vi magna conferre libet, ſubitoq; furori
Ingerit arma ferox, & ſumptis æſtuat armis.

Omne ſubitum à Marte.

Quod ſubitum terris, cœlo pelagoq; paratur,
Mutatur'ue loco, celeriq; recedit in ictu:
Hoc totum calido Martis de ſidere fulget.
Ergo alterna deo uoluuntur tempora mundo.
Et ſubitas reddit cauſas certaminis iras.

Martis & Saturni quadratum.

Quem ſi Saturnus quarta de parte figurat,
Aut illi contrà fuerit uel parte locatus,
Et premat Aſtreæ ſignum, uel Caſtoris aſtrum,
Aut urnas cœlo pluuias fundentis Aquari,
Bellorum motus portendit, bella ſequentes
Exitium, peſtemq; grauem, Cereriſq; laborem.
Terrea ſi fuerint ſigna hæc, terrena fatigat.
Arrida ſin, uentos: ſin torrida, flamma uagatur,
Has uentura ſuper clades confertur egeſtas.

De Marte cum Ioue.

Ad Iouis imperium quotiens ſua lumina flectit,
Ad pariles cœli ſectas, terræ'ue figuram,
Dirigit in melius tali ſub ſidere cuncta.

Mars cũ Sole in ariete.

At ſi uicinum Soli ſubduxerit orbem,
Lanigeri ſigno tectus, fului'ue Leonis:
Difficiles regum cauſas, & fortia facta,
Bellaq; tractabunt geniti. fient quoque reges,
Aut ſimiles magnis ducibus, rerumq; potitis.

Mars in occidente.

Ille ſub occaſum uergens ad tempora partus,

Cum

Cum natalis adest puero, uentura minatur
Damna, uel obtruncum corpus per uulnera signat.
Persea si tangat, uel Gorgonis ora Medusæ, *Mars in Tauro.*
Contingens bustum Tauri sub fronte locatum,
Percussi pereunt gladio, fientq; figuræ
Assimiles, regis iussu morientur, & ira.
Is nonam cœli sedem si forte grauabit, *Mars in 9. domo.*
Saturni iunctus radio, stellisq; malignis,
Ambiget in legem magno & cum crimine, manes
Elicit ad superos ardenti à flumine Ditis.
At Veneri quoties septena sede propinquat, *Mars & Venus in 7.*
Aut radijs diuæ sese commisceat almis,
Pollutas luxu mentes, castumq; cubile
Inficit amplexu uario. si signa diurna
Presserit, accubitu uetito se miscet: & illi
Inseruit miseræ, legis mandata refringens.
At si fœmineum signum lustrarit ab alto, *Mars in signo fœmineo.*
Non dubium pronas Veneris per crimina mentes
Polluet, & castos alienæ coniugis usus,
Et quæcunq; torum cupiet, sectatur adulter.
Nam præsunt uitijs hominum, moresq; figurant, *Mars, Mercurius, & Venus, præsunt moribus nati.*
Hæc tria signa poli. menti Cyllenius altæ:
Quod cupimus, Veneri cessum: Martiq; feroci
Impetus, ira breuis, furor immoderatus, & omne
Quod subitum, paruoq; manet sub tempore factum.
At si suppositum pedibus calcauerit orbem *Mars in 4. domo.*
Ad medias terrę parteis, imosq; recessus
Possideat, patrios census, proauûmq; labores
Dissipat, & natos terras partitur in omnes.
Sin nascens ortu primo uicina diei *Mars in prima.*
Pulpita lustrarit, faciem cum uulnere fœdat.
Nec dubium, cœli calcet si regna secunda, *Mars in 2. domo quid significet.*
Exilium natis portendere, perdere censum,

Et quicquid longo fuerit iam tempore partum.
Non & opes quærent, non illis cura peculi:
Publica sed tractant, rebus causisq; gerendis,
Præfectiq; ducum tali sub sidere fiunt.

Exemplo sui probat, quod suprà dixit, & prælibat suum exiliũ.

Expertusq; meo natali, quanta minetur
Ille loco: quàm multa tuli, quantosq; labores,
Et quàm multiplices dederint mea tempora casus,
Quos memorare uetat res. & te maxime Regum,
Non fallunt nostri casus, & uulnera sæua,
Quos terra & pelago, pro libertate tuenda
Pertulerim, castrisq; tuis nutritus, & aula,
Quàm uariè, uitam duxi, quantisq; periclis
Expositus: Marti totum reddamus, & astris

De Marte cum Luna, uel eius ad eũ aspectu.

Si Lunam spectet quacunq; à parte minaci,
Aut oculos ferro, calida uel bile, sinistrum
Præsertim inficiet, nec non sub fronte cicatrix
Exoritur, fœdatq; uiri cum uulnere frontem.

Mars in omnibus cardinibus malus.

Cardinibus cunctis nocuus, nocuusq; maligno
Saturni aspectu, ni Iuppiter aspicit illum,
Aut Venus ex toto frenet, reprimatq; furentem.
Non possum cœli partes, & sidera Martis,
Qualia sunt, uersu percurrere singula, regum
Princeps. tu summam non dedignare priorum
Discere, qua poteris periniqui sideris omnem
Naturam, casusq; malos, & fata uidere,
Et motus uariare suos, formasq; sinistras
Alternis conferre modis, & discere cuncta.

Deprecatio

Duricies innata tibi Mars magne furentum
Te premat alma parens, rabiem frenare nocentum,
Turcorumq; manus ualidas, gentemq; ferocem,
Infensamq; Deo, cogas succumbere bello.
Vt sanctum Christi nomen, meritoq; colendum,
Desertum populis Asię celebretur ad oras

Extremas

Extremas ortus, totoq; resurgat in orbe.

De Iouis Stella.

TAndem parta quies, cœli melioris ad oras
Peruentū: rex magne precor meliora canentem
Huc adferre pedem: pacis si discere leges,
Maiorumq; cupis laudi præstare tuorum.
Quos etsi magnis extollit gloria factis,
Non tua de minimo consurgit fama per orbem.
Maiori nam parta manu tu bella furentum,
Heroumq; nefas occasti: pacis amator,
Perpetuam populis regni, stabilemq; dedisti.
Vnum quod fuerat præstantis gloria famæ,
Omnibus amplexus studijs, ut nulla prioris
Vulnera restarent belli, complexus utrunq;
Tempus: ut in bello strenuus, mitisq; quietis.
Quod iuuat, atque animos augent ad tanta canenda,
Sed cœptum peragemus iter, tu cœpta secunda.
Et tu magne deûm rector, qui cuncta gubernas,
Perpetuis agitans uicibus mortalia cuncta,
Vires funde tuas, cœptos & dirige cursus.
Nam stabilis das cuncta uiris, poscentibus æqua,
Qui terrę solida firmasti in parte figuram,
Et mare, quod magnum, uentis agitabile, & undis
Imperioq; regis cœlum, fontesq; fluenteis,
Currere perpetuis iussisti & cursibus amnes,
Et segetem certis uentorum flatibus affers,
Vt noua frugiferis deducant semina terris:
Da precor hanc cœli sublimis scandere sedem,
Perquam magna tui fulgent monumenta laboris,
Et perquam rectum colitur, sanctumq;, piumq;,
Et quodcunq; boni cœlo descendit ab alto.
Sexta Iouis sedes, & sextus in æthere gyrus
Splendet, & orbis adest: necnon & concaua, & astrū,

Fernandi laus.

Oratio ad Deum.

De Ioue, q est in sexta sphæra.

Quo bene conueniunt homines sub lege manentes,
Et bene concordes ciuilia tempora ducunt,
Tranquilla sub pace deûm, sanctumq; uerentur.
Bis sex ille globo terra omni maior habetur
Partibus, hęc itidem minor (ut perhibetur) ab omni
Telluris gyro: sed sunt quàm maxima cœlo
Sidera, maiori multo concepta figura,
Quàm sit terra parens imo depressa profundo.
At prius hic cœli superos non rexerat orbes,
Nec sextam gyri sedem signauerat axe,
Cum Deus informem massam secreuit ab alto
Aethere, & in numeros concreta elementa reduxit.
Sed postquàm fœdo pollutum est crimine cœlum,
Sublimesq; animas furor implacabilis ussit,
Regnaq; cœlicolæ summi petiere Tonantis:
Tum patefacta Dei mens, & sententia cunctis,
In meliusq; polum, terras, æquorq; reduxit,
Adfixitq; globis uario cum lumine flammas,
Atq; animam, quæ cuncta mouet per tempora cœlũ,
Cœlestis rationis opus. tum cætera fecit,
Et duodena poli fingens animalia puris
Corporibus, nectens obliqui in margine cycli,
Quorum opus exegit miranda lege, sed uno
Contextu, tota ut cœli regione niterent.
Sed rudis imprimis tellus, hominesq; fuere,
Viuebantq; feris similes in montibus altis,
Pocula sumentes riuis, campoq; uirenti
Pabula captabant, uel dura ex arbore glandes.
Quos Deus omnipotens tandem melioribus annis
Reddidit, effectu miro, sordemq; uetustam
Exuit, atque Ioui cœlum dedit, astraq; quædam.
Hic postquàm terras uidit sine lege iacentes,
Vt permista uiris essent animalia quæq;,

Iupiter duo decies terra maior.

Esse plures stellas maiores circũferẽtia terræ.

Anima mundi, quæ omnia mouet.

Zodiaci signa 12.

Ioue mutasse uiuendi mores.

Horrida

Horrida discussit Saturni sæcula primum. *Iuppiter Saturniæ ætatis emendator.*
Inde hominum sobolem perfectas duxit ad artes.
Et postquàm primos ritus, moresq́ refregit,
Et simul omne ferum toto discussit ab orbe,
Aurea sæcla Deus multos spectata per annos *Aureum sæculum.*
Instituit, sanctumq́ dedit, iustumq́ colendum,
Imposuitq́ pias sacratis ædibus aras,
Placauitq́ deos superos, pacemq́ rogauit.
Talia sub diuo fluxerunt tempora quondam *Fuisse Alfonsi tẽporibus ætatem auream.*
Alfonso, cum parta quies, bellumq́ peractum
Gallorum, Rex summe fuit: tu pluribus actus
Fatorum uicibus magnis, regniq́ periclis,
Hac una uirtute patrem superasse fatemur,
Quod pacem bello prefeceris: omnia cum sint
Tempora, quîs nullum melius sperare uidemus,
In summo stant cuncta tuo sub cardine regno,
Disposita ordinibus miris: nec iura quiescunt,
Insanumq́ forum: non regni cura, nec ullus
Qui non sorte sua contentus uiuat in ipso.
Quale Iouis regimen, Saturno rege fugato, *Cõparatio.*
Compertum, legesq́ nouas statuisse per orbem,
Cum pressas liquit terras, superosq́ petiuit,
Vnde genus nostrum cernes, sub nube iacentem
Prospexit pacem à superis sic poscere posse.
Si tranquilla quies animo mentiq́ fuisset.
Hic cum curua poli perlustrat concaua, motu *Iouẽ duodecimo anno perficere sui circuli gyrum.*
Annua signa premens, bis sex deducit in annos,
Hæc itidem obliquo uoluuntur sidera cyclo.
Qui si per curuos flexus circum undiq́ uectus
Presserit alta rotæ, curuat qua brachia Cancer,
Altius à centro terræ sua sidera tollet: *Sũma Iouis eleuatio à cẽtro terræ est in cãcro.*
Sic Cancro exultat, nec mirum sidera quædam
Apta deis, quedamq́ suis contraria gyris,

Hís domus,& facies,trigonum, partesq; minutæ,
Conformesq; ſimul ſtellæ, nocueq; uicíſsim.

De domib. planetarũ.

Namq; ſagittarium,píſces,quoq;,Iuppiter optat.
Saturnusq; ſenex Capricorno gaudet, & Vrnis.
Eſt Aries Martis,nec non & Scorpius ardens.
Aſt Libram Cytherea tenet, Taurumq; ferocem.
Cylleniusq; celer Geminos, & Virginis aſtrum
Occupat,& Cancrum Phœbe, Solq; ipſe Leonem.

De faciebus ſignorum.

Tu nunc quas capiant facies errantia cœlo
Sidera,proſpicias,ternas dans omnibus æquas.
Prima tenet Mauors aurati uelleris ora,
Et Tauri frontem Cyllenius,at Geminorum
Iuppiter,& Cancri Venus ipſa, ſed aſtra Leonis
Saturnus,Soliq; damus nam Virginis ora,
Aſt Libræ Phœbes,Scorpi primordia Marti,
Mercurioq; Sagitta datur,ſed Iuppiter optat
Egocerotum ſidus, Veneriq; dabuntur
Sidera aquæ,dedimusq; Seni primordia Piſcis.
Quisq; ſuum ſequitur cœleſti ex ordine fratrem,
Ne uarient facies,alterna'ue regna capeſſant.

Planetarũ exaltatio. Planetarũ depreßio.

Nũc quibus hi gaudẽt aſtris,quibus inde premãtur,
Expediam,dictis animum ne ſubtrahe noſtris.
Libra ſenem celſa Saturnum ſede reponit,
Atque Iouem Cancer, Capricorni ſidera Martem,
Aſt Aries Solem,genitricem Piſcis amorum,

Difficile, ſcribere par tes planeta-rũ minutas per 12. ſi-gna.

Mercurium Virgo,Tauri ſunt cornua Phœbes,
Hæc eadem aduerſa ſignorum parte premuntur.
Stellarum partes & nomina tanta referre
Difficile imprimis cum ſit memorare, relinquam.
Innumeræ cœli partes, quas ipſe uideto.

Planetarũ ef fectus ſecun dũ eorũ ſubli

Nec minor eſt uirtus aſtris,cum concaua gyri
Deſignant numeris æquis,& tempore fixo,
Quàm cum preſſa tenent loca peruia proxima terris,

Abſidibus

Absidibus uel pressa suis grauioribus errant.
Iuppiter hoc alias, aliasq; ex ordine curas
Influit ex alto: Veneris si concipit ignes,
Optatam genitis pacem, mundoq; quietem,
Exuto feruore malo mortalibus affert.
Nec foret interitus nostro sub corpore notus,
Si Iouis arderet tantum de lumine cœlum.
Sed patet omne malum Saturni sidere, & illa
Sanguinea Martis facie, qui tempora uitæ
Polluat: hinc miseros mortem sentire necesse est.
At si cliuosos calles, Chyrontis & arcum,
Inflexiue premat Borealis sidera Piscis,
Austrinum linquens aduersa parte polorum:
Hoc animal quodcunq; solo sit sidere natum,
Fœlicem rebus statuet finemq; modumq;,
Atque bonam facilemq; dabunt per singula mentem.
Aspice succensum stellis tot millibus orbem,
Innumerasq; poli facies, uariasq; figuras.
Quas capiant terrena uices animalia, quasq;
Herbarum genus omne uirens, hominesq; feræq;,
Arboreæ frondes, & squamea terga natantum:
Nil simile in cunctis cernes. difformia semper
Ora patrum natisq; suis, moresq; uirorum
Dissimiles. quę cuncta polus, formæq; figurant
Aspectu uario, stellis facientibus ipsis.
Quas motus diuertit iter, uariatq; uicissim
Diuersas rerum species, nec reddit easdem.
Sic pater omnipotens terræ conceptor, & orbis,
Oceaniq; maris, quo nulla potentia maior
Esse iubet, non uis fati, non ulla potestas,
Non superûm motus uarij: sed firma uoluntas
Consiliumq; fuit. sic non uariabile cœlum
Alternis rerum uicibus, sed pensa sorores

mitatem & depressionem.

Iuppiter & Venus.

Homines fore immortales, si nūquā Iouis benignitas uinceretur.

Iuppiter in Sagittario, uel in Piscibus.

Non esse in uniuerso orbe quicquā alteri omnino simile.

Dei cōsilio omnia esse difformia, non fati necessitate.

Immota

Immota ceruice trahunt, & fila resoluunt.

Dei consilio motum cœli uariare omnia.

Et quanquàm uarijs glomeratibus astra rotentur,
Temporibusq; suis: Deus hæc ratione gubernat,
Humanasq; uices, cœlum, stellasq; uagantes
Ordine perpetuo iussit seruare rotatus.

Reprobat eos, qui dicũt animos esse subiectos cœli influentijs.

Hinc falsa apparet ratio, mentes animosq;
Exemptos motu superum: sed pressa ruinis
Corpora, dum miseri labuntur tempora fati.
Quod quoniam uana sumptum ratione uidemus,
Vt fateare, decet summis descendere ab astris,
Ferre uices, motusq; dari, quos consitus ordo

Ab astris inclinamur, sed Dei uoluntate.

Labentis cœli cogit, uis summa Deiq;
Diuersas hominum causas uariare uicissim.
Quas tamen & rerum species, non esse reclusas

Platonis sententia.

A ratione Dei uera, manifestius ipsa
Doctiloqui potuit perpendere musa Platonis:
Qui docuit mentes hominum dominarier astris,
Et posse interdum conuertere fata futuri
Temporis, & nullis subiectas motibus esse.

Omnia esse æqualiter et bene disposita à Deo.

Vtq; foret massa una, Deus bene iuncta per orbes
Aëreas cinxit suspenso uertice flammas,
Et fluctu pelagi terras, terramq; iacentem
Implicuit cœlo, deducens cuncta peræque,
Vt conuexa simul claudantur margine mundi.
E quibus hæc rerum species, quæ cernitur imo
Mortalis, fluxasq; uices, & tempora sumit.

Inferiora omnia esse mortalia, superiora uero æterna.

Sed superûm uirtus melior, nec lapsa profundo
Regna fugit gelidæ mortis, nec labitur unquam,
Languida nec sumit labentis membra senectæ.
Nam melior natura illis, cœloq; repostis.
Quæ si nota foret genitis, reuerentia maior
Cessisset superis, quibus hæc mortalia cedant.
Sed uarij casus, sæuæ mortisq; dolores,

Quos

Quos patimur, frangunt animos, & pectora cæca. *Animos nostros aduersis frangi.*
Fallimur, & causas non certa lege fluentes
Dicimus, & sæuam fortunam uoluere cuncta.
Quæ tamen iniussu patris Omnipotentis in orbem
Non ueniunt: nam lege meant. nos dira putamus
Fata malos afferre dies, quos iussus, & ordo
Omnibus imposuis rebus, formisq; creatis.
Ergo Dei iussu famulantur sidera, & omne *Omnia moueri ab intelligentijs coelestibus nutu Dei.*
Quod cœlo, terris, animæ, uentoq;, mariq;
Spiritibus certis agitatur, & ordine uiuit,
Nunc aduersa bonis, & nunc meliora parantes,
Cum iussos referunt motus, seruantq; figuras,
Stellarumq; uagos cursus, redduntq; uicissim
Oppositos primis gressus. ubi sidera prono
Incessu remeant, orbes gyrosq; reflectunt,
Vt diuersa suos exercet flamma rotatus. *Ab ijsdē intelligentijs planetas rotari.*
Non aliter Iouis astra nitent, quem sidera Martis,
Saturniq; senis, quanquam discrimen in illis
Incessus uarij faciunt, & concaua cycli:
Et suspensa polis maiori limite flamma
Altius extollat, uel terræ proxima quærat.
Sic mala sunt certis signis, melioraq;. Marti *De proprietatibus planetarum.*
Bella damus, Soli regnum, Veneriq; cubile,
Saturno morbos, pœnas, Cererisq; laborem,
Et miseros uitæ casus, pelagiq; procellas.
Attribuuntq; Ioui rectum, sanctumq; piumq;.
Sed quorum mentes subtili dogmate ad artes
Exemplis fecere uiam, Cyllenius affert.
Luna bonos, clarosq; facit, plenosq; fauoris.
Nec minus ingenij labor addidit, usus & ipse. *Experiētia inuenit artes, et labor.*
Nam quodcunq; prius quisquam non nouerat ex se,
Exemplo monstrante uiam deduxit in artem.
Dic mihi quid prodest duros uitasse labores? *Nil prodesse hominib.*

Et defessa malis deducere tempora uitæ?
Quid tantos uixisse dies? tenebrasq; perosum
Sublimi flammasse poli de lumine mentem?
Omnia cum raptat mors, & nox ultima nobis?
Vltima languenti pœna est mors: ultima cunctas
Abstrahit adueniens curas, finemq; laborum.
Et metus, & languor, duri quoq; tempora fati
Aduentante illa succrescunt: omnia secum
Portat ad infernos ignes, manesq; silentes.
Quæ si hominum pœnas exoluit tristis, & annos:
Cur non illa Iouis fœlici à sidere lapsa est?
Cum tantis hominum presto miseretur acerbis.
Est aliud certe maius, maiusq; uerendum.
Nam pater ipse deûm, cunctis ut premia reddat,
Pœnarum tumulum miseris mortalibus affert,
Stellarum diros casus, mortisq; tremorem.
Nec Iouis astra bonos faciunt, nec prælia Mauors,
Non Venus illecebras, non Sol sublimia regna,
Non Cyllenus opes, Phœbe non splendida. claros
Est animus, qui cuncta regit, moderatur & ipse,
Componit mores hominum, uiresq; ministrat
Corporibus, cogitq; graues perferre labores.
Nam Deus omnipotens magnis hæc condidit astris,
Et proprios seruare dedit per tempora motus
Cœlitibus magnis, stellisq; potentibus orbem
Flectere, & æternas animare in sæcula mentes.
Quæ rerum species, & tempora longa reportant,
Et formas cœlo similes, uenturaq; nasci
Corpora, & in lucem uitalem ducere cuncta,
Et promi ex nihilo mentes, quædamq; creari
Ex aliquo, semenq; datum consistere semper,
Aeterna quoniam perdurant lege creata.
Sed rudis ad causas diuini numinis altas,

laborē, cum moriantur. Omnia mortem secum auferre.

Respondet quæstioni suprà positæ, ex Iouis bonitate fieri homines immortales, quod ipse negat.

Animo cuncta regi, non astris.

Dedisse deū uim interimēdi & animādi stellis

Et

Et rationis inops, rerum nec tempora noſcens
Græcia, Mauortem finxit ſuper aſtra, Iouemq́;,
Saturnumq́; grauem, Lunam, Veneremq́; nitentem,
Atque alios cœlo errantes: quod cognita mundo
Vis quædam manifeſta polo deſcendere ab alto,
Et non docta prius cur ſingula nata reſurgant,
Attribuit formis mortalibus, utq́; fuere
Illorum inuentis arteis, uſusq́; reperti,
Adfinxit cœlo diuos: cauſas quoq́; rerum
Donarunt ſtellis errantibus, atque ſupernis.
Semina nam primus ſparſit Cerealia terris
Iuppiter, & uiridi deduxit ceſpite farra
Primus, & indomitos iunxit per aratra iuuencos:
Hoc propter meruit cœlum, diuusq́; uocari.
Nos genus antiquum Troię, nos Græcia mendax
Traxit ad exemplum priſcæ concurrere gentis.
Sicq́; dies, menſes, anni, moresq́; uetuſti,
Nominibus ueterum ſeruantur. prò pudor iſta
Non uertiſſe Patres Chriſtianæ legis honore?
Fingere non poſſum, Rex optime, nomina cœlo
Ne noua ſi memorem, fiam ſimulator, & inſtar
Oedipodis, uel dura nimis ſententia uerſu.
Quare agite ô ſuperi, quos iuſsit currite flexus,
Et bene concordes radijs: ne lapſa ruinis
Terra deos fluxiſſe putet, ſine lege, per orbes.

Græcia fabularum mater.

Antiquorũ ratio, quare deos finxerunt.

Iuppiter primus docuit terræ cultũ.

Increpat christianos, quia nõ mutarũt gentiliũ nomina. Excuſatio ſui.

De ſtella Saturni.

AEthereos cyclos alta ad ſublimia cœli
Euehor, exortus repetens, unde optima ſumpſi
Principia, & tandem Saturni aſcendimus orbem.
Septima nam ſedes ſuperum, & ſublimior omni
Errantum numero, rigidoq́; reflexa meatu.
Omne uetus quodcunq́; patet terraq́; mariq́;,
Saturno faciente manet, duratq́; uetuſtum.

Omne antiquum eſt à Saturno.

In 30. annis perficit Saturnus ambitum ecentrici.
Terdenis gyros annis, & sidera lustrat
Signiferi, partesq; datas non linquit inerteis.
Nam cœlum, terrasq; graues, marmorq; profundum
Luce premit, uario flectens sua sidera motu.
Saturnũ in xxx. mẽsib. peragrare unũ signũ.
Terdenos signum menses circumlegit unum.
Omnia sed simili numero peragrare necesse est,
Ne conlapsa fluant numeratis partibus astra.
De domib. Saturni.
Ac duo signa globi longe distantia claris
Sideribus tribuere deo: nec rectius unquam
Fictum aliquid. namq; urna grauis frigentis Aquari
Opposita est Solis domui, calidoq; Leoni.
Et merito est illi sedes ab Sole remota,
Lumine quod careat puro, Phœbiq; calore.
Altera quæ Cancro fertur contraria, Lunam
Inficit, & tepido semper supponitur orbi.
His astris frigent terræ, tenebrisq; grauantur,
Saturno faciente gelu, uentisq; perortis.
Exaltatio Saturni in Libra.
At quoniam Phœbo nocuus, sub uellere regnum
Abnegat, & Veneris gaudet sub sidere Libræ,
Quod Veneris splendore nitet, uires q; resumit
Flammescens meliore loco: soliq; remotus
Opposito linquit uellus, terrasq; iacentes.
De motu Saturni.
Nec tamen ille globos uno cum turbine uersat,
Sed rotat adnexus cyclis, pronoq; epicyclo,
Vnde suos reddit motus, orbesq; pererrat.
Qui postquàm stellam glomerat per curua rotarum,
Et circum flexos orbes non labitur æquè,
Peruenit ad metam, qua gyri semita parui
Voluitur, & tardo firmat uestigia passu.
De retrogradatione Saturni.
Post repedare suos orbes, partesq; priores
Cernitur, opposito stellarum & tramite ferri.
Sic duo substineant motus conuexa necesse est.
Nam primo remoratur iter, quartoq; pererrat

Mense

Mense malus, bis recta mouet uestigia quarto.
Quatuor inualidus subtus sua concaua pergens
Accelerat motus ægros, flexusq; rotarum.
Inde ubi concœpit flammas, & lumina Solis,
Carpit iter ualidus, rectusq; refertur ad orbes.
Nec tamen hos motus ulla sine lege fluentes
Esse putes: Solis radios uenerantur, & illum
Omniuola uirtute colunt. at cum uaga luxit
Ad certas cœli parteis, lux candida Solis,
Sistere equos Martē indomitū, Veneremq; benignū,
Saturnumq; patrem (tanta est reuerentia) cogit.
Hæc ratio multos lusit (qui falsa putarunt)
Esse deum cœli Solem, terræq; marisq;,
Quem pauitant cuncti errantes, flammisq; mouētur.
Nam cœlo & terris sua magna potentia nota est,
Cum similis domino regnet, patriq; deorum,
Tantaq; sit Soli lux immortalis, ut omnes
Flammescant mundi partes, lucemq; ministrent.
Mane rubet, non ulla uetant obstacula flammas,
Quod nec Saturnus, nec Iuppiter optimus, & Mars,
Aut quisquam superûm potuit lustrare deorum.
Non ipsa in primis Venus, & non candida Phœbe,
Millia nec cœli quæ sidera cernimus alto.
Qui prohibet stellis gressum, qui reddit & illum,
Qui mares hominum, qui corpora nostra figurat.
Atq; alius quicunq; deus, quē credere dignum est,
Esse animum mentis plenum, flammisq; coruscum,
Immobilemq;, loco non septum, nonq; locatum,
Cuiq; oculos Solem & Lunam, sic cernere cuncta,
Cum nihil occultum posit subsistere diuo.
Multaq; præterea fingebant corpora cœlo,
Sublimi subfixa globo, candore corusco
Illos falsa poli ratio, non uera mouebat.

Saturnus 8. mensibus directus.

Saturnus 4. mēsib. retrogradus.

Planetas Solis radios uereri.

Opinio antiquorum de Sole.

Lux Solis omnes superat.

Sol retrogradationis causa.

DEVS.

Sol & Luna, dei oculi.

Nam seu fortuitu uolumus contingere motu
Seu mentes superæ Phœbo famulantur, & illis
Sitq; datum, sic ferre uices, motusq; sinistros,
Seu rapidus Solis splendor, lumenq; decorum
Vrgent obtutu radiorum corpora diuûm.
Hos tamen aduersis glomeratibus undiq; ferri
Dicimus, & Solis uenerari lumina, & inde
Sumere uirtutem, cœlesti à fomite motus
Adclines rectosq; dari, non sidere ab ullo,
Sed totum ferri lege Omnipotentis in orbem.

Secundũ diuersos cœli situs, est Saturno uirtus.

At cum certa poli Saturnus sidera lustrat,
Sublimis, sumit uires, perditq; uicissim
Vt fuerit natura loci, sic fata dedere.

190. annis iũgi Saturnũ Ioui in signo arietis.

Ast ubi bis quinis centum conuoluitur annis,
Fœlicemq; Iouis stellam complectitur alto,
Frigida cum calidis coëant, humentia siccis,
Secula tunc ueterum mutantur, mox noua surgunt,
Atque alias mundo leges, ritusq; reportant,
Et rerumq; uices mutantur, regnaq; reges
Accipiunt alios, & summa sede reponunt.

Diluuium.

Hinc fuit illa olim clades: qua decidit alto
Diluuium, qua tota fuit sub gurgite tellus,
Et pluuias tantas lapsus diffudit aquarum,
Vt littus ponto abstulerit, terrasq; grauarit.

Christi aduentus.

Coniunctiq; iterum mutarunt sæcula, donec
Cæsareos duxere duces, Christumq; colendum.
Tunc noua sæcla Deus, moresq; resoluit auorum.

Mahometi aduentus.

Vltima, quæ iuncti Nepæ sub sidere, facta est:
Atq; fidem Christi sanctam subuertere nixa.
Fecissetq; rapax, ni sanctum nomen, & ipsam
Seruasset pater Omnipotens, qui cuncta gubernat.

In cõiunctione futura Saturni & Io-

Ast quoq; quæ nostris iamiam uentura sub annis
Et melior, nostræ legis uix pauca refringet,

Aspera quæ nimium, sacris & dura ferendis,
Et genus omne mali tollet, pompasq; sacrorum.
At regem dabit innocuum, qui terminet orbem,
Et reget imperio populos, gentemq; rebellem
Imperio subdet, toti & dominabitur orbi.
Sed si sit Marti iunctus, contraria regnis
Arma mouet: sæuos reges, dominosq; superbos
Concitat, & pariter ruere in certamina cogit.
Per se quodq; poli sidus conferre laborem
Dicitur. & certum, uariatis ordine signis,
Sic requiem, turbasq; dari, uelut astra tulere.
Hic hominum mores uarij, formæq; feruntur
Diuersæ pecudum, nec non leuiumq; uolucrum,
Squamigerumq; pecus pelago, uel fluminis aluo
Accipit assimilem formam, uariamq; figuram,
Quam cœli formæ dederint, stellæq; nitentes,
Hæc quia subiecit Deus ipse potentibus astris,
Errantum incursu formas, tempusq; manendi
In sese capiunt, sumptas seruantq; per annos.
Ast hominum mentes nullo succumbere possunt
Incursu cœli uario, sed libera cunctis
Libertas, quocunq; uelint deducere mores.
Vis tamen immensa est, hominũ quæ cõprimit actus,
Et cui uix possint pauci subsistere contrà.
Sed quidam ualuere tamen, quîs iusta fuere
Pectora, cœlesti nunquam depressa rotatu,
Nec deflexa malis. labor ergo, nitentibus astris
Opposito se ferre gradu, uirtusq; suprema
Mentibus, æthereos contrà se ferre meatus,
Innocuosq; suo factori reddere formas.

uis uaticinium.

De coniunctione Saturni & Martis.

Ex uarijs stellarũ aspectib. mores hominum fingi.

Esse hominib. arbitrij libertatem.

Pauci sunt, qui possint uti libertatis arbitrio.

Laurentij Bonincontri De Reb. Cœlestib.
FINIS.